

Del Colegio & la Compa^{ia} de Iesu de Granada

IOANNIS
THOMÆ FREIGII *Annot. Ignatii;
Opera vero Ignatii*
Quæstiones

IVSTINIANÆ,
IN INSTITUTIONES
iuris Ciuilis.

Cum,

Analysi Logica & Politica aliquot
Consiliorum Zafij.



B A S I L E A.



0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14

Del Colegio de la Compl. & Sto. de Granada

IOANNIS
THOMÆ FREIGII *Puer. Ignatii;*
Datus anno 1611.
Quæstiones

IVSTINIANÆ,
IN INSTITUTIONES
iuris Ciuilis.

Cum,
Analysi Logica & Politica aliquot
Consiliorum Zafij.



B A S I L E . A.

IOAN. HENRICO
HAINZELIO,

PATRICIO AVGUSTANO:
VIRTUTIBVS, DOCTRINA' QVE PRÆ-
CLARO VIRO:

PRO PATRIÆ AVGUSTÆ MEMORIA,
SINGVLARI' QVE IN SE HVMA-
NITATE:

QVAM FACILIV'S AMARE, QVAM
COMPENSARE LICET.

IOAN. THOMAS
FREIGIVS.

BEN. PERP. MON. HOC
LIB. MER. D. D.

AD IOAN. HENRL
CVM HAINZE-
LIVM,

FREIGII PRÆFATIO.



MPLITVD O non solum Agustanae urbis, quam superiore Aprili perlustrauit: sed multò magis benevolentie tuae & virtutis, quam mihi meisq; comitibus liberalissime prolixissimeq; ex promisisti: cogunt me ut animi mei, gratitudinisq; monumentum, ad omnem (si modò id consequi possum) eternitatem extare cupiam. Noli putare, mi HAINZELI, patriæ tuae (cuius post Noribergam mihi aspectus gratissimus iucundissimusq; fuit) memoriam mihi excidisse, aut excidere posse. Quomodo enim tantus tantæ urbis splendor, tantaq; amplitudo: quomodo tot, & tam uariorum operarum iucunditas illa obliuione apud me obsolesceret? Nam ut ex infinitis propemodum, pauciora iucundiora q; operarum capita, tibi tanquam memoriæ meæ & historice & auctorias exactiori recensem: quam primum Augustam perueni, nihil mihi prius aut antiquius fuit, quam Ecclesiæ uestrae constitutionem perficere: qua quidem ex resumnam animi letitiam me cepisse fateor. Cum enī in inferioribus illis subsellijs (que sola primariorū fug

* 2 gestorum

P R A E F A T I O.

gestorum specie et dignitate superanit) populi tam frequentiam, tantumq; ardorem, & erga religio- nem Christianam studium perspicere: penè cum Ae- nea Virgiliano lacrymans constituit: animoq; quod lice- bat, bene precatus, Paulinam illam eùphumiæ (qua Corinthis χάρις τοῦ θεοῦ καὶ λογοῦ τοῦ ἡγεμόνος Ιησοῦ χερσῷ τῷ Κυρίῳ μετώνομος gratulatur) eùstolaxychus de- promsi. Votis ad istum modum Deo Opt. Max. eiusq; filio Beavthowen persolutis, proximum fuit, ut clarissimo doctissimoq; uiro Dn. Hieronymo Vuolfo, literarum Graciarum ornamento singulari salutato, amplissimam urbis uestræ bibliothecam aspiceremus: quanquam festiuissimi & eruditissimi Medici Hiere- mia Martij: woavylorū bibliotheca (quam nobis singuli- rari humanitate totam aperuit, euoluitque) magna iam ex parte uideremur exatiati: cuius non modo ua- riarum exotericarumq; linguarum intelligentiam: sed & expeditam easdem interpretandi enunciandiq; fa- cultatem admirati: liberalitatem etiam in apophoreis acceptis experti sumus. Sed in illa urbis uestræ biblio- theca quid potissimum recensemus? Tectum ne illud εὐλαβόν seu septifidum: & duplam Pythagoream scriptis,

Oydoas est gemino que data firma cubo?
 Ut nobis id de suo Vuolfius noster largiatur: an ue-
 strò interiorem illam aulam, non modo his recentiori-
 bus eleganter & emendatè impressis: sed etiam manu

scriptis,

P R A E F A T I O.

scriptis, pricipue Gracis libris, refertiissimam, ideoque doctis ingenij, quasi palmam publicam propositam ē. Nec enim amplissimus prudentissimusq; Senatus ad pomparam hæc tantum, aut speciem congesta habet: sed liberaliter omnibus, qui in uertendo, aut emendando o- peram suam ponere cupiunt: uel gratis & ultrò of- fert. Et tamen cum omnia in hac bibliotheca adini- randa sint: nihil tamen magis, quam ipsum hospitem & animam eius bibliothecæ, Vuolfiū inquam admireris: qui, quæ hic dispersa per uarios pluteos cernuntur: omnia, ut uiva bibliotheca, in memoria thesauro con- gesta unus habet. Ut uerum fatear, inuiti ex hoc Mu- fæo & Charitum geniali sede discessimus: hinc tamen digressis admirationi præcipue fuit castellum illud aquæ: ubi per hydraulicas machinas, antlia, clepsydras, & tollenones: tubi plumbei in mirandam altitudi- nem errecti, & per totam urbem uarijs canalibus ad su- lientes efficiendum deducti, deriuatiq; conspicuntur. Secretam quoque illam portam urbis, occulis quibusdam machinis in agro à nocte depræhensos im- mittentem, libenter conspexissemus: si non interdiu po- tius quam noctu tantas, tamq; ingeniosas machinas in- spiciendas existimassimus. Atque hæc in urbe: quid in suburbio de parua illa Fuggerana urbe: de Herwardi- nis hortis, peregrino pomario & elegantissima biblio- theca instructus: quid extra urbem de confamilibus hor- tis & prædijs, non modo aquarum & fontium artifi- ciosissimo-

* 3 ciosissimo-

P R A F A T I O.

ciosissimorum copia, sed ex edificiorum & prætoriorum architectura nobilibus: & uel extrema hyem tam suauiter gratoque aspectu uernantibus? quid de amoenissimis palestris, ubi festis diebus, balistarij exercentur: duce & magistro Maximiliano primo, cuius balantis & pungentis uenatoria illic effigies expressa est, decam? Sed ut in urbem revertantur: mirum in modum me delectauit Fuggeranorum edificiorum magnificantia: in quibus non tam ænea testa & pictura opticaq; præstantia, quanquam ex hac præclara sunt: sed multò magis interior splendor ex apparatu admirabilis est. Hic enim hortorum amoenitas, & ad iucunditatem ac gratiam additi Labyrinths, maxima cum uoluptate aspiciuntur: hic aula illa insignis, non sumptu modo, sed ex artificio summo depicta: in qua Apelles quoque ipse discere quedam non grauaretur: hic Imperatorum primorum imagines tredecim magna uia pecuniae ex Italia aduectæ: hic mensa tessellata ex porphyretico marmore gemmis preciosissimis uarij generis distincta, insignem lapidum physicam diuersis coloribus lucentium exhibet: hic antiqui operis statuae, ut Cupidines, Veneres, Hermæ seu Mercurij petrati cum talaribus, & alia complura plastica: hic Amazonum sepulchrum summa delectatione spectantes detinent. Sed quid mortuas statuas commemoro? Pygmalionis ille statuæ, quas Alexander ille M. multo uerius quam Persicas, Alaynidas, opibamusq; dixisset:

quem

P R A F A T I O.

quem non etiam atque etiam afficiunt? Privata hec tantum sunt: at quanta in publicis est magnificentia & oblectatio? cui non stuporem intuenti incutiant Martia illa mœnia fossis latissimis, ac propugnaculis ualidissimis communica? quis splendor fori curiaeq; in qua columnæ marmoreæ, & sola marmorea miram delectationem spectantibus & calcantibus afferunt. Sed ne Augustanos tuos sine exceptione laudem: mirum in modum iuuit me uidere iugum illud Teutobagorum seorsim Ottonis Frisingensis, quem Augustani tui sentuti, pugnam illam (qua à Germanis Quintilius Varus una cum tribus legionibus, legatisq; & auxilijs omnibus per Harminium Cheruscorum ducem uictus cæsusq; est) ad Lycum fluuium circa Augustam accidisse existimarunt: eamque persuasionem ex allusione Perlegie turris (quasi illic Vari legio perdita sit) desumptam, publica pictura tanquam in Apellis perguila proponendam examinandamq; censuerunt. Nam si Cornelio Tacito graui in primis autori libro secundo Annalium credimus, Harminius dux Cheruscorum, non ad Lycum, aut in Vindelicis: sed intra Rhenum & Visurgim, atque adeò intra Luppiam & Amisiam fluvios, non procul à Teutoburgensi saltu (ubi hodie diceatur Monasteriensis est) tres illas Vari legiones trucidauit: in qua sententia etiam Auentinus est libro secundo Annalium Boiorum: & his astipulatur manus, nisi fallor, Peitingeri, que in bibliotheca S. Ulrici Augu-

P R A E F A T I O.

stæ adhuc conseruatur. Simile uulgi ævonyma est circa insignia Augustanae urbis, quæ (ut ex eadem bibliotheca didici) pyra uel potius pyramidis formam præ se ferunt, testem amoris, quo Augusta quondam erga Drusum Germanicum affecta fuit. Si enim doctis quibusdam, uiris credimus, forma illa hanc dubiè sumpta est ex tumulo honorario, quem exercitus Druso mortuo apud Moguntiam excitauit: uulcus lapidem glandis uocat à specie, quam hodie obtinet, cum olim pyramidalem obtinuisse à multis existimetur. In eadem D. Ulrici bibliotheca Guidonis Musicam manu scriptam, et ueterem canendi morem continentem, non sine summa iucunditate aspexi. Illic enim non, ut hodie, pro uerbis nota scriptæ cernebantur: sed pro notis uerba, uerborumq; syllabæ, ut nota interuallorum ascensu et descensu inæquali distinctæ sic erant, ut in finistro margine uis et potestas singulareum syllabarum signis indicaretur generalibus et perpetuis: qua ratione in Musicis nihil existimo illustrius inueniri posse. Sed hactenus peruereramus: cum ecce ex itinere et perreptatione urbana, suburbanaq; defisi, ab Hieronymo Vuolfo et ipsius doctissimis humanissimisq; collegis, Simone Fabricio Rectore, Ioanne Maiore, alijsq; ad publicum conuiuum in prandio excipimur: unde digressi sub noctem in publica domo à Ioanne Baptista Hainzelio patre tuo lauissima coenæ reficiuntur, adhibitis cum alijs clarissimis uiris,

tum

P R A E F A T I O.

tum præcipue Simone Ostermanno I. C. insigni. Pro qua tui parentis in nos benevolentia, et præcipue tuo erga me amore, plurimum me tibi debere fateor. Quod si uel mensa Porphyretica Fuggerana illi similis, uel statua aliqua ex auro gemmisq; antiquo opere encaustico (quale illud Ingolstadtij magnificentissimum Regum Gallicorum donarium est, in quo summum artis cum materie precio certamen confeximus) si inquam tale aliquod hereditas mihi esset, haud grauitatem animi tui erga me benevolentiam illo remunerari uelim. Sed quoniam preclara illa, et tua persona digniora deficiunt: chartaceum hoc munusculum et leuidense (qualia mea solent esse) aequo animo suscipies. Questiones in Iustiniani Institutiones sunt: in quibus operam dedi, ut primo mei Rectoratus anno, una cum arte Horatij, Persij Satyris, Aristotelis Politicis, et Historicis prælectionibus, eas sic auditoribus meis proponerem, ut in uniuersi iuris quasi compendiosa forma, methodum et ordinem accuratius tenebam: methodiq; illustrationem et tractationem meliorrem, quam hactenus factum est, afferrem. In Methodo quidem, definiendo, diuidendoq; perpetua serie à summo ad imum progressus sum: definitiones si que de erant (ut plurimæ defuerunt) partim ex Pandectis adieci, partim ipse, quoad licuit, nouas constitui: partitiones distinctius dilucidiusq; proposui: axiomata et regulas curiosè subduxisti. In Illustratione autem et tracta-

* 5 tione

P R A F A T I O

tione illa methodica , partes singulas definitionum, divisionum et axiomatum, Romano iure communius: legibus communibus et statutis Reipub. Noricæ et municipij Friburgensis, patriæ meæ, illustrauit. Doctrinam forensem; rerumq; in summo imperij Germanici tribunali iudicatarum autoritatem: interpretum iuris sententias: historica exempla etiam subiecissent, nisi timuissem ne opus nimium excresceret, et pro compendio quod mihi proposuisset, in dispensum auditores adduceret. Sed hec et similia fortasse alibi plenius et commodius perficiuntur, interea id operam dedi ut , quantum fieri posset, textui ipsi (cui Zasius tanquam portui adhaerendum dicebat) inniterer : totam operis ideam in breuem quasi tabellam (in qua titulorum continuatio præcipuum lumen artis appareret) contraherem : locos Pandectarum et Codicis, ex quibus singuli paragraphi de sumptu essent, annotarem : ubi autem in Codice et Novellis per posteriores Imperatorum constitutiones emendatum quicquam et correctum esset, indicarem. Et quoniam magnus usus est sententiarum in iure , que quasi dedicata simulacra iustitiae et equitatis habentur: præcipue axiomata, ac quasi communes sententias, que in his quatuor libris occurrebat subduxit: et que ex titulis de Regulis iuris et Verborum significatione (qui cum Institutionibus rectè et utiliter explicari possunt et debent) ad rem facere uidebantur, obiter quasi intento ad fontem digito indicavi: materiam successio-

P R A E F A T I O.

*nis ab intestato (quæ obscure misereq; in Institutionib;
bus confusa est) breuius, succinctius, dilucidiusq; cōpræ-
hendit de causis matrimonialibus et iuris processu, quæ-
dam non omnino iniuria, ut existimò, his coniunxi. Ne
autem tantum præcepta sequi, usum uero negligere
uiderer: disputationes, quibus ab auditoribus meis ea
quæ discendo cōsecuti essent, quodammodo repearem,
et ad usum differendi accommodarem, complures insti-
tui: consilia etiam aliquot Zasij, Analyti Logica et Poli-
tica resolui. Sicut enim in Ciceronis et Demosthenis o-
rationibus explicandis semper eam rationem optimam
et rectissimam existimauit, in qua cum Grammatica, Rhe-
torica et Logica Analyti: Ethica, Politica, Historica
coniungeretur: et ex ea artium ad eundem finem con-
spirantium consensione, uir bonus dicendi peritus effi-
ceretur: ita et in luteconsulto, rerum priuatarum pu-
blicarumq; tam iusto, quam aequo disceptatore, et iudice
efficiendo, consultissimum putarem, si cum præceptis Iu-
stinianis hanc quasi Analyticam Praxin, in Logica Po-
liticaq; demonstranda adhiberemus: exempliq; similis
imitatione et effectione Zasum alterum efficeremus:
ac præcepta, quasi inter mortua animaremus, et in
usum deduceremus. Sed de nostra ad urbem uestram pe-
regrinationis et ògaa uāt wā a uāv nōs, deq; mei laboris
in Iustinianis scholis cōmemoratione satius. Quæ ut eò
citius ederem, discipulorū Friburgi mihi olim familia-
riter cognitorum (quorum humanissima benevolentia
Ingolstadij*

P R A F A T I O .

Ingolstadij exceptus, ex iucundissimo conspectu collo-
quioq; recreatus sum) preces me impulerunt, quibus
hac quoq; parte, quantum licet, prodesse conatus sum.
Doctiores et peritiores doctiora et peritiora dabunt.
Tu haec animo illo tuo aequo suscipito: et quoniam non
aureas, non gemmeas, non marmoreas possumus: at has
quas tibi ex aeneis et plumbis typographorum typis
statuas, tu erga nos benevolentie nostraeq; gratitudi-
nis testes, ut spero, aeternas erigimus: boni con-
sulito: et nos, ut cepisti, amare pergit.

Vale. Datum Altorfij: mense
Augusto. Anno

CIO. IO. LXXXIX.

DE

D E C O M P E N D I A R I A IV.
R I S D I S C E N D I R A T I O.
N E B R E V I S A D-
monitio.



VRIS PRUDENTIA nullam aliam
w^ρόγ^ρωσιν, quam artū liberalium
(qua^z illi cum alijs facultatibus com-
munes sunt) requirit. Esi enim ipsa
per se a ceteris scientijs distinctas ra-
tiones habeat: attamen communib-
us prudentijs fundamentis innixa,
ingeniarumque artium disciplinis instruta & ornata sit
necessa est. Illi igitur, qui sine artium liberalium admini-
culis in iurisprudentia te bonam operam posituros existi-
moant: longe falluntur. Itaq; ut aut ad alia munera sibi ma-
gis convenientia se transferant: aut si non desperandum
sibi duxerint, P. Raini artes Logicas, Aristotelisq; Ethica
& Politica (qua^z sine omni molestia breui tempore, si ido-
neum monstratorem nati fuerint, intelligere poterunt)
cognoscere ne dedignerint, hortor. Logica enim per im-
mensum iuris pelagus instar Cynosurae erit, & per legum
constitutionemq; Labyrintum ueluti Thesei filum p^ræ-
bebit: sed precipu^a illa popularis & usui humanae uitæ
accommodata, quam Ramus nobis divino beneficio re-
fluit, & in clarissima luce collocavit. Qualis uero illa ue-
terum Iureconsultorum Logica sit: abunde, ut existimo,
in Zasio nostro isapridem, & modò in his nostris Qua-
tionibus ostendimus. Ethica autem & Politica ideo co-
gnoscenda sunt, quia fontes iuris (quod è disputacioni-
bus

D E R A T I O N E

bus Philosophorum & naturalibus noticijs efflorpit sed continent: & magistratum, iudiciorum, Rerum pub. formas, conseruationesq; describunt, ad quæ legum constitutio referri solet. Et sane in tota Ethica doctrina nulla est uberior aut utilior disputatio, quam de Iustitia apud Aristotelem in V. Ethicorum. Is igitur liber diligenter cognoscendus, & cum illo Officia Ciceronis ac tres libelli de Legibus coniungendi sunt. Sed cum in alijs plerisque iuris studiosos tum præcipue in politico studio accusare possis: quorum uix millesimus quisque est, qui politica ad se pertinere existimet: aut si sint, qui ea studia gressent, Germanici tamen imperij politiam uix quam cognoscit. Ad hanc necesse est politum I. C. antiquitatis & historiarum non esse crudem. Itaq; qui ueri I. C. nomen tuetur nescit, cum Sigenii libros de Antiquo inter Rom. bene perspectos habere, & Ciceronis orationes etiam legisse conuenit. Sed hæc Logica, Ethica, Politica, Historica, Iure consulto cum aliartum artium studiis communia sunt: ad propria eiusdem studia ueniamus. Voco autem studia I. C. propria ea, que ad ipsum opus, id est, iuris & antiquitatis scientiam propriè requiruntur, de quibus ad commoneendum, quasi intento ad fontem digito quædam demonstrabo.

Studia igitur I. C. in tria membra distributa sunt, in Auditionem, in Lessionem, in Exercitio: quæ à Græcis ἀνδρόσιοι, ἀνάγνωσις & μελέται dicuntur. In Auscultatione & Lessione tria capita occurruunt: quid, quo ordinare, quo tempore aut audiendum, aut legendum sit. Quid igitur Ioris studiosus potius quam Institutiones, Pandectas & Codicem uel legere uel audire possit? Cum Institutionibus

I U R I S D I S C E N D I.

utionibus coniungendi sunt tituli duo, unus de regulis iuris, Alter de Verborum significatione. Quanquam minime mihi illorum consilium placet, qui in his uel explicandis uel discendis, aliquando diutius hærent quam Graci ad Troiam: cdm tamen in his titulis, duntaxat particule aliquot iuris prudentie, uixq; millesima pars regularum & uerborum iuris sit comprehensa: in quibus tam illustris intelligentia, & maximè obvia esset, si recto & naturali ordine essent singula leges cum Institutionibus coniunctæ, ut ex materia subiecta, regula statim suam lucem accenderet. Sed de his nos fortasse suo tempore. Quod ad Pandectas attinet, priusquam ad eas peruenias, uile est uel Paratilia quedam brevia (qualia olim nostris auditoribus, uel leui brachio demonstrauimus) uel Lagum præcognoscere: reliquos Doctorum commentarios usui forensi & praxi reservabis: aut si eos legere libeat, cum iudicio legendos existimo. Optimum sane est se primò assuefacere ad textum: deinde etiam cum Doctores adhibentur, consultum est eorum delectum habere. Qui Zasium habuerit bene perspectum, magna ex parte etiam ueteres cognitos habebit. Nec in singulis locis non intellectis est hærendum & desperandum. Posterior enim dies prioris magister est. Itaq; cum Zasij paratilia, quæ in primam partem s. (quam Græci τὰ γράμμα vocant) scripsit, primò breviter & obiter, deinde accuratius percurseris: postea præcipios aliquot titulos (ut de partis, de rebus creditis, de debitis, de substitutionibus, de legalis, de acquirenda possessione, de re iudicata, de uerborum obligationibus: ex quibus mihi crede, maiorem partem sive eruditioonis Zasius haust) ad scribentis sollicitudinem leges,

DE R A T I O N E

leges, eosq; in memoria thesaurus recondes. Nec negligendus est Alciatus: sed hic à politis iureconsultis duantatatingitur: multa enim ex humanioribus literis & philologia admiscet: sed tamen illius iudicium de veterum Doctorum commentarijs memoria dignum est.

*In iure primas comparatus cæteris,
Partes habebit Bartolus.*

*Decisiones ob frequenter, actio
Baldum forensis susinet.*

*Non negligenda maxime est tyronibus
Castrensis explanatio.*

*Opinionum tutius Symplegadas
Superabis, Alexandro duce.*

*Ordinis Iason, atque lucis nomine
Videndum est properantibus.*

*His si quis alios addiderit interpretes:
Onerat quām honorat uerius.*

Atque hæc de primo capite, quid legendum audendumq; sit. Qod autem ad ordinem & tempus attinet: utrumque à Iastianio in procœdio Digestorum est legitimè & rectè constitutum. Voluit enim ut primò Iastitiones, tum Pandecta, tertio Codex, cognoscatur: & ad eam cognitionem quinquennium praefluit: ita ut primus annus Institutionibus, & rōis argyros: sequentes Pandectis & Codici tribuantur. Itaque ea ueniam ab illis pomposis Doctoribus puto, qui uel in Regulis iuris integrum quinquennium: uel etiam in uno capitulo, eoque tantum dimidiato, ostennunt constancere solent. Quid enim hi aliud quām Elephantos parturient? aut discipulos hīc per totam uitā sua autoritatē circumagunt, ut

I V R I S D I S C E N D I.

ut eos apud inferos Doctores faciant, & Rhadamanthus uel Aetaco professores mittant? Sunt autem & alij, qui relatio iuri textu, cōfilia Doctorum & lecturas infinitas accumulent, & plausa tota autoritatum conuanchant; ut non aliter illos oneribus suffarcinati incedant, quām Alcamon ex Crœsi thesauro ore, sīnu, ocreis, manibus onustus: de quo morbo memorabilia sunt Zafij verba. Nemo est, inquit, qui iam textus iuris alleget, protinus cum scribebitibus res agitur, protinus ad confilia uolatur, & in eorum allegationibus non est finis. Felinum magnificiunt, qui multa ex Doctoribus excerpit pauca ex textibus iuris. Speculatorum omnes trahantur, omnes amplectuntur: qui ut sit in plerisq; fatis idoneus, in fallacijs tamē periculosus est: has enim aduocati sequuntur: & licet, quas fallacias porrigit, prohibeat: nihil o remen feciūt facit, quām qui uenentem uenale exponit, & ne ematur prohibet. Nisi obuiam est quisquis ille princeps sit: ex Doctorum opinione omnia pendebunt, textus non curabuntur: quod uel nunc faciunt. Si enim sit communis opinio, iam textus nemo curat, sed communi errori, id est, opinioni innititur. Mea ratio sic est conscientia, ut cum primum dicitur in re dubia aliquam esse communem opinionem: iam mihi res incipiat esse suspecta. Hæc Zafius: qui ex sententia Raphælis Fulgosij ouillos Doctores solebat appellare eos, qui communem opinionem sequentur. Quod enim una ouis tendit, illuc ceteræ sine deleto sequuntur. Hic igitur iuris professores mihi exhortantur, ut quoniam ad ipsorum lectiones

— Totus componitur orbis:
tandem etiam de tritiore, breviore, dilucidiore ratione
*** docendi

DE R A T I O N E

'docendi cogitent: Germanica cum Latinis, domesticas cum exotericis coniungant, ut suos auditores in utriusq; orationis facultate pares efficiant: ad demonstrationem praeceptorum & theorematum iuris, non Accursiana, id est ficta, sed nobilia exempla, varia presertim ac disparia, multorum annorum professione & labore obseruata, & à iuris Politicarum rerum peritis, in causarum tractatione obseruata & animaduersa adhibeant. Tota enim ars Iureconsultorum Institutionesq; legitimè descripta: definitionibus & partitionibus axiomatum, legum & constitutionum componuntur: quæ quia principia sunt, aliam quæm insignium exemplorum demonstrationem nō recipiunt. Præcipue autem Germanica id est nostræ consuetudinis sunt, non Italica, aut Gallica: magna etiam ex parte nota sunt. Deinde quia usum iurisprudentiæ talem demonstrant, qualis nempc apud ciuitatum & populorum defensores fuit: ita ut usus hic nō è scholastica, sed politica iurisprudentiæ dignitate & prestatia depromatur. Desiq; quia fructum Germanica lingua & ornatus oratori juplicè gratis afferent: ut licet in ijs iuris tantum prudenter discipulus politicus meditetur: interea tamen fructus artificij & Germanici, & oratori sponte, & sine labore consequuntur: at qui confuscat Pœtrorum eiusmodi & popularium iureconsultorum rurare: consuefecat interea, etiam non cogitans, re & loqui, & dicere. Hæc sunt quæ in iure prælegent: præcipue considerari cupiam: uerum harum rerum in scholis duplex abusus est. Primùm illa politica exempla nonquād aut raro adhibentur: sed confusa ferè & Accursiana, & à nostris me-


gibus

I V R I S D I S C E N D I.


ribus remota. Deinde in sola de præceptis & apicibus iuriis altercatione, dum à ueritate axiomati & regularum utilitas exemplorum uerorum remouetur. Sed hæc de Auditione & Lectione. Iuris autem studiosi exercitia plurima sunt. Nam omnia necesse est, ut furvus iureconsultus flagret amore doctrina, & sit cupidus audiendi & interrogandi alias: φιλόνος, ξυγκίασ, & φιλόπονος, ut Socrates apud Platonem lib. 7. de Rep. & audita diligenter expendat, ut idem in Hippia inquit, & ad usum traducere discat. Ergo primum est ut quamplurima audiat, querat, intelligat, interpretetur, memorie commenderet, in amicorum quotidianis colloquijs & congressibus de studijs perpetuè loquatur & differat: pectus multarum rerum, cognitione impletat, quod assequetur querendo, clementanda, audiendo, legendō, disputando, scriben-
do. Atq; hæc pro admonitione breui sufficiant: cætera usus & ipsa rerum traxatio & tempus docebbit.

** 2 TABVLA

TABVLA INSTITVTIONVM
LIB. I.



TABVLA INSTIT.
LIB. II.



A. les

T A B V L A I N S T I T.
L I B . I I I .

B. Obligatio ori- tur, uel ex	Species, est enim alius	Contra- etu : in quo con- fid.	Reus	Matnum. Indebitum. Commodatum. Pignus. Depositum.
			Verbi, ut Species, est enim alius	Stipulatio. Fideiustitia. Literis.
C. Perse- cutio est, nel	Causa	Acquirendi per Amittendi.	Emptio, Venditio. Locatio, Con- ductio. Societas. Mandatum.	Quasi.
			Nos. Eos qui nobis subiecti.	Quasi.
Maleficio , seu delicto, uel ex	Vero, ut sunt	Furtum. LIB. I I I I . Rapina. Damnum. Iniuria.		

C. Perse-

T A B V L A I N S T I T.
L I B . I I I I .

Propriete feu dominio; ob quod Actiones proditae sunt.	Res de qui- bus litiga- tur, ut de Possessione , ad quam Interdicta intenta sunt.	Privata & Civilis: in qua confid.	C. Perse- cutio est, nel	Intervenientes, ut Procuratores, Tuto- res, Curatores.
				Litigantes
In iuriis In quibus confid.	Actor	Personae	Principales	Index.
				Publica & Criminalis.
In iuriis In quibus confid.	Reus			

Decem summa genera seu capita sunt
Institutionum.

- I. Nuptiae seu matrimonium.
- II. Patria potestas, sub qua Adoptio & Emancipatio.
- III. Tuteela & Cura.
- IIII. Dominium rerum & earum acquisitio ; & usucapio.
- V. Servitus.
- VI. Successio.
- VII. Contractus.
- VIII. Delicta.
- IX. Persecutio, sub qua Actio & Interdicta.
- X. Iudicia.

QVAESTIO- NES IN INSTI- TUTIONES IURIS.

PRO O E M I V M .

Quænam est Questio Proœmij?



N Iustinianus Imperatoris officio rectè functus sit: quod ipsum toto proœmio demonstratur.

Quo nam utitur argumentos?

Ex adiunctis Imperatoris: Armis & Legibus.

Quo iudicio concludit?
Syllogistico: hoc modo:

Imperator armis decoratus & legibus armatus; re-
cte fungitur suo officio;

At Iustinianus armis decoratus & legibus armatus
fuit:

Recte igitur suo officio functus est.

Vbi nam est Propositio?

In principio statim ponitur, illustrata ma-
ioribus: cui statim profyllogismus subiici-
tur à fine & analogia armorum ac legum.

a Sicut

Sicut enim in bello se habent arma, usus armorum, uictoria, triumphus: sic in pace leges, legum tramites seu usus, calumniæ pullio, iuris religio.

Vbi'nam est Assumptio?

In § quorum: cui pro sylogismus subiicitur è distributione studiorum bellicorum & legalium. De studijs bellicis loquitur in uer siculo, & bellicos, &c. De studio legum, in uer siculo, omnes, &c. ubi rursus distributio est librorum, quos uel promulgauit (ut Codicem) uel composuit (ut Pandectas & Institutiones.) In Institutionibus proponit earundem Compositionem & Confirmationem. Cōpositio pér causas quatuor omnino Logice ex primitur: primò Efficiens, mandans Iustinianus, & adiuuans, ut Triūuini. Secundò Finalis. Ideo enim Institutiones hæ compositæ sunt, ut sint prima legum cunabula, & totius legitimæ scientiæ prima elementa. Tertiò Formalis, nam in 4. libros diuisæ sunt. Quartò Materialis. Continent enim breuiter quod antea obtinuit & quod nunc correctum est. Atque hæc de Compositione institutionum. Confirmatione earundem est in §. quas ex omnibus: ubi nūm & robui legis, Institutionibus addit, ita

ut

ut Theophilus hoc Proœmiū appelleat *dæ-
taſi⁹ p̄ Bēbāiōap̄ rāl̄v̄r̄t̄r̄a.*

Vbi'nam est Complexio Syllogismi?

Ea quoniam insolens & arrogans uideri potuisse: eius loco posita est horatio ad studiosos, in §. fin. argumento sumpto ex fine.

*Quæ'nam sententia seu axiomata sunt ex hoc
procœmio seruandas?*

- I. De Imperatoria maiestate: ut sit legibus armata & armis decorata. Et sic apud Iorinadem Iamblichus ait, Romanos, quodd armis & legibus se exercuerint, orbem terrarum suum fecisse. Armis siquidem construxerunt, legibus autem conseruauunt.
- II. Legibus tempus pacis: armis tempus bellorum gubernatur.
- III. Per legitimos tramites pellitur calumniantiū iniurias. Vide l. si caluitur. 233. De uerb. signif.
- IV. Deo oportet successus bonos adscribere. Hinc illat annuente Deo perfecimus: uictoriæ à cœlesti numine præstantur: cœlesti fauore adimpleuimus: Deo propitio hoc peractum est.
- V. Ad imperatoris officium pertinet ius confusum ad luculentam erigere consonantiam.
- VI. Ex quæstor, ex consul, ex adiuvatus dicitur, qui tali munere functus est.
- VII. Iureconsulti qui scholas sequebantur, antecessores

res dicebantur iugati, qui forum. l.j. De concept. digest.

VIII. Iure consulti & consiliarij sunt instructi solertia, legum scientia, & fide.

IX. Adolescentium tam aures quam animi, nihil inutile, nihil perperam positū, sed quod in ipsis rerum argumentis obtinet (id est, quod in usu est) accipiant.

APODIXIS.

DE IVSTITIA ET IURE.

Tit. I.

Quot sunt consideranda in Apodixi Institutionum?

Duo: Methodus seu forma docendi & Subiectum.

Quae nam est forma docendi?

Vt primò leui & simplici via: deinde diligenter & exactissima interpretatione singula tradantur. s. his igitur. De iust. & iur.

Quod nam est subiectum Institutionum?

Iurisprudentia & Iustitia.

Quid est iurisprudentia?

Est diuinarum & humanarum rerum noticia: iusti & iniusti scientia. l.j. 10. ff. eod.

Quid

Quid est iustitia?

Est constans & perpetua uoluntas, ius suum cuiq; tribuendi. d.l. 10.

Quot sunt consideranda in Iure?

Duo: Praecepta & Positiones.

Quot sunt precepta Iuris?

Tria. Honestè uiuere: Alterū non laedere: Suum cuiq; tribuere d.l. 10.

Quot sunt iuris positiones?

Duæ. Ius enim est Publicū aut Priuatū l.j. ff. eod.

Quid est Publicum?

Quod ad statum Reip. spectat: & consistit in sacrī, sacerdotibus, & magistratibus.

Quid est Priuatum?

Quod ad singulorum utilitatem spectat.

Quotuplex est Priuatum?

Triplex. Naturale, Gentium, Ciuale.

DE IURE NATURALI, GEN-
tium & ciuali. Tit. II.

Quid est ius naturale?

Quod natura omnia animalia docuit. l.j. 6. 2. De iust. & iur.

Quae nam descenderunt ex iure naturali?

Matrimonium, liberorum procreatio & educatio.

Quid est ius gentium?

Quo omnes gentes utuntur. Nam usū exī gente & humanis necessitatibus, gentes iura quēdam sibi constituerunt.

Quae nam descenderunt ex hoc iure?

Ex hoc iure orta sunt bella & captiuitates & seruitutes, quae sunt iuri naturali contrariæ. Iure enim naturali omnes homines ab initio liberi nascebantur. I. quod attinet 32. De reg. iur. Et ex hoc iure omnes penè contractus introduciti sunt.

Quid est ius Civile?

Quod quisq; populus aut ciuitas sibi constituit: ut ius Atheniensium, ius Quiritum, ius Norimbergensium, ius Friburgensiu.

Quomodo differt ius civile à naturali?

Naturalia iura, quae apud omnes gentes per se constituuntur, diuina quadam prouidentia constituta, semper firma atque immutabilia permanent. Ciuitalia uero, quae ipsa sibi quaeq; ciuitas constituit, səpē mutari solent, uel tacito consensu populi, uel alia postea lege lata.

Quot sunt consideranda in iure ciuitatis?

Duo: Species & Subiecta.

Quot

Quot sunt Species iuris ciuitatis?

Duæ. Est enim scriptum aut nō scriptum. §. constat. eod. l. 6. De iust. & iur.

Quot sunt species iuris scripti?

Sex. Lex, Plebiscitum, Senatusconsultū, Principis placitum, Edicta magistratum, Responsa prudentum.

I. *Quid est Lex?*

Quod populus Rom. senatorio magistratu interrogante (ut Consule) constituebat. Ein gesetz.

II. *Quid est Plebiscitum?*

Quod plebs plebeio magistratu interrogante (uelut Triduno) constituebat. Bōnelrecht. Videb. plebs. De uerb. signif.

III. *Quid est Senatusconsultum?*

Quod senatus iubet atq; constituit. Rhatsatzung.

III. *Quid est Principis placitum?*

Quodcunque Imp. per epistolam constituit, uel cognoscēs decreuit, uel edicto praecepit, id est. Principis rescriptum, decretū, edictum. Keysrliche constitution oder Fürsten beuelch. Hæc sunt quæ Constitutiones appellantur.

Quotuplices sunt Constitutiones?

Duplices: Generales & Personales.

a 4

Quo-

Quæ nam sunt Generales?

Quæ omnes tenent & ad exemplum trahuntur. l. leges. C. de ll.

Quæ nam sunt Personales?

Quæ cum persona extinguntur, nec ad exemplum trahuntur: & dicuntur Priuilegia. c. priuilegium. c. quod alicui. c. indultū. c. decet. l. priuilegia. 196. l. in omnibus causis 68. l. quod contra 141. De reg. iur.

V. *Quæ nam sunt Edicta magistrorum?*

Quæ Praetores & Aediles Curules consti-
tuebant: quæ iuris honorarij nomine com-
præhenduntur. Richtersatzung: Amprecht.

VI. *Quæ nam sunt Responsa pri-
dentum?*

Sunt sententiæ & opiniones eorum, qui-
bus permisum erat de iure respondere. At-
que hæc de iuris scripti speciebus.

Quid est ius non scriptum?

Quod usus approbavit: & dicitur Con-
suetudo, Ein gewonheit oder brauch. Nam diu-
turni mores cōsensu utentium comproba-
ti, legem imitantur. Vide l. de quibus. 32.
De ll.

*Vnde nam est origo iuris scripti et non
scripti?*

Ab institutis duarum ciuitatum, Athenar-
um

rum scilicet & Lacedæmonis. Nam Athene-
nienses iure scripto: Lacedæmonij confue-
tudinibus usi sunt.

Quot sunt subiecta iuris civilis?

Tria sunt: quorum duo extra iudicium con-
siderantur: Personæ scilicet & Res: unum in
iudicio, ut Actiones. Hoc est, Lex & Legis
Actio.

A X I O M A T A. TIT. II.

*Quod naturalis ratio inter omnes homines constituit,
id apud omnes perquam custoditur.*

*Vix exigente & humanis necessitatibus, iura constitu-
ta sunt.*

*Jure naturali omnes homines ab initio liberi naſceban-
tur. l. quod attinet. 32. De reg iur.*

*Naturalia iura semper firma atq; immutabilia perma-
nent.*

D E I V R E P E R S O N A R V M.

Tit. III.

Quæ nam est Personarum diuīsio?

Summa diuīsio personarum est, quod om-
nes homines aut liberi sunt, aut serui. l. 3. &
4. De stat. hom.

A X I O M A T A.

*Non debet calamitas matris nocere ei, qui in uentre est
h. sufficit. De ingen.*

a s De-

Defuncti non sunt iniuria afficiendi. §. licet. Quib. ex
cau. manum. non lic.

Animus & intentio distinguunt facta. §. præualuisse d.
tit. & ibi notata.

Sæpè de facultatibus suis amplius. quam in his est, spe-
rant homines. d. §. præualuisse.

Causa semel approbata, siue uera sit, siue falsa, non de-
bet retractari. §. iust. d. tit.

Libertas inestimabilis res est. §. fin. d. tit. I. libertas. 106.
122. Non est. 176. §. infinita. De reg. iur.

Media via eligenda est. d. §. fin.

DE HIS QVI SVI VEL ALIENI iuris sunt. Tit. VIII.

*Quæ nam est altera diuīsio Personā-
rum?*

Quædam personæ sui iuris sunt, quædam
alieno iuri subiectæ. l. j. ff. eod.

Quæ nam sunt alieno iuri subiectæ?

Serui, qui in potestate dominorum: & fi-
lij fam. qui in potestate parentum sunt. Vide
Iporestatis. 215. De uerb. sign.

*Quot nam sunt consideranda in patria
potestate?*

Duo: Acquisitio & Amissio.

*Quot sunt causæ acquirendi patriam
potestatem?*

Tres: Nuptiæ, Legitimatio & Adoptio.

AXIOMATA. TIT. VIII.

Cognito contrariorum uno, protinus alterum cognoscitur. Vnde si cognoverimus que personæ alie-
no iure subiectæ sint, simul intelligemus que sibi
iuris sunt.

Non licet in seruos suos sopradmodum servire. Major
enim asperitas dominorum, constitutionibus
coercetur.

Expedit Recip ne quis sua re male utatur.

Non debet cuiquam hominum ius suum detrahi. In re
enim sua quilibet est moderator & arbiter. l. in re
mandata. C. mandati.

Auxilium contra scutiam vel famem, vel intolerabi-
lem iniuriam non est denegandum ijs, qui iuste
deprecantur. l. 2. De his qui sui.

DE N U P T I I S. T I T. X.

Quid sunt Nuptiæ?

Nuptiæ seu matrimonium est uiri & mu-
lieris coniunctio, indiuiduam uitæ consue-
tudinem continens. l. j. De rit. nupt.

*Quot sunt confid. in Nu-
ptijs?*

Quatuor: Causæ, Effectus, Impedimenta
contraria, Adiunctæ pœnæ iniistarum nu-
ptiarum.

I. Quæ nam est causa formalis matrimonij?

Consensus tam eorum, qui coituri sunt, quam parentum in quorum potestate sunt. Nam hoc fieri debere, & ciuilis & naturalis ratio suadet. Ciuilis quidem propter patria potestatem, & ne inuito suus haeres agnascatur. Naturalis uero propter obsequium parentibus debitum. Instit. eod. in prin. l. 2. De iust. & iur. l. 2. De ritu nupt. l. nuptias 30. De reg. iur. Statut. Norimb. Tit. 28. l. 9. Praeter hunc consensum, hodie in matrimonium nihil requiritur, nisi sola habilitas & potentia coeundi. c. puberes. De despōl. impub.

Possunt ne furiosi filius filiaue matrimonium contrahere sine interuentu patris?

Possunt: sed cum autoritate pateri curatoris. l. si furiosi. C. de nupt. §. unde. Instit. eod.

II. Qui nam est effectus nuptiarum?

Patria potestas. Nam qui ex te & uxore tua nascitur, in potestate tua est, id est, filius uel filia, nepos, neptis & deinceps ex filio, non ex filia. §. qui igitur. De patr. potest. l. 4. De his qui sunt sui. l. sic euenerit. 21. De adylyt.

III. Quot-

III. Quottuplicia sunt impedimenta nuptiarum?

Duplicia: Priuata aut Publica.

Quæ nam sunt Priuata?

Cognati, Sippe, Blätfreundschaft & Affinitas, Schwagerschafft.

Quid est Cognatio?

Est necessitudo eorum, qui unà communiterie nati, uel ab eodem progeniti sunt. l. non facile. 4. §. j. De grad. & affin.

Quottplex est Cognatio?

Duplex. Vna est in recto consanguinitatis ordine, hoc est, inter ascendentes & descendentes: inter quos connubia coire nequeunt in infinitum. §. ergo. De nupt. l. nuptiæ. 53. De rit. nupt. Haec enim personæ parentum liberorum uel locum inter se obtinent: ideoque si coierint, incestæ & nefariæ nuptiæ dicuntur. d. §. ergo. & l. fin. De ritu nupt. Altera est in transuerso consanguinitatis ordine, seu inter collaterales. §. inter. eod. Inter quos nuptiæ hodie prohibite sunt usque ad quartum gradum inclusuè. c. non debet. extr. De consang. & affin.

Quæ nam sunt hic axiomaticæ?

Tria. I. Inter fratrem & sororem nuptiæ esse non possunt. d. §. inter. II. Cuius filiam uxorem du-

cere non licet, neq; eius neptem permititur. §.
fratris. cod. III. Personæ, quæ parentum lo-
co habentur, matrimonio iungi non possunt. §.
duorum. cod.

*Quænam causa est harum prohibi-
tionum?*

Fratres sororibus, parentes liberis matri-
monio iungi natura uetus, uel potius lex
omnium gentium communis, ut domesti-
ca societas in ciuilem: & amicitia, quæ ijs-
dem testis concludebatur, in finitimos om-
nes longè lateq; propagaretur, ut scribit Au-
gustinus: uerius fanè quam Innocentius Pa-
pa, qui consanguineorum nuptias quarto
gradu definit, propterea quòd in corpore
quatuor sint huimores. c. penult. De cōlang.
Quod mirum uideri non debet, cum ne ipse
quidem Plato uim huius affinitatis propa-
gandæ intellectuisse uideatur, qui lib. V. de
Repub. solam parentum ac liberorum con-
iunctionem uerat, cætera permittit.

Dæ Exemplum.

Inter Lothum & filias commixtio de iu-
re nulla potuit esse: nec inter Amnonem &
sororem Thamarem. Ethodio nullum ma-
trimonium inter Abrahamum & Saram esse
posset. At olim inter consobrinos matrimo-
nium potuit esse. §. duorum. eod. ut hodie
inter

inter Maximilianum Imp. & Mariam filiam
patrui Caroli V. & multò magis inter Isaa-
cūm & Rebeccam.

Quid est Affinitas?

Est diuersarum cognitionum per nuptias
copulatio. d. l. non facile. 4. §. affines. De
grad. & affin.

*Inter quos affines prohibetur mati-
monium?*

Inter eos qui parentum liberorumq; lo-
co sunt: ut inter Iudam & nurum Tha-
marem: inter Rubenem & nouercam. Sed de
iure canonico hodie nuptiæ prohibite sunt
ad quartum gradum affinitatis inclusiuè. d.
c. non debet.

Quænam sunt axiomata hic?

Tria. I. Affinitas est ueneranda idcōq; affinitatis ue-
neratione à quartundam personarum nuptijs est
abstinendum. Sic Henricus 8. R. Anglie fratris
Arturi uiduam ducere noa potuit: nec Sigismun-
dus R. Poloniæ Elisabetham, uxoris suæ Cathari-
nae & Caroli V. Imp. sororem; nec Iacobus Rachæ
Iem & Liam. Duo tamen fratres cum duabus so-
roribus & frater sorori cum fratre & sorore ma-
trimonio iungi possunt: sic Ferdinandus Imp. du-
xit Annam sororem Ladiſlai R. Vngarie, & econtra
Ladislaus sororem Ferdinandi Mariam. Idem
est de duabus coniugiosis. Nam filius ex alia
uxore

uxore & filia ex alio marito, recte matrimonium contrahunt. l. generali 34. §. inter priuignos. De ritu nupt. c. quod super his. De consang. & affin. §. mariti last. h. tit.

I. Quæ personæ filiarum aut matris loco sunt, eas ducere non licet. Sic Iudas nurum Thamarē dues cere non potuit.

III. Eadem duobus nupta esse non potest: & idem duas uxores eodem tempore habere non potest. Polygamia enim interdicta est. l. eum qui duas. 18. C. de adult. Itaq; hodie nec Abraham Saram & Agarem, nec Jacobus Rachelem & Liam, nec Lamech Adam & Zelam simul ducere posset.

*Quod nam est publicum impedimentum
nuptiarum?*

Publica honestas. Nam in coniunctionibus non solum quid licet, sed & quid honestum sit, maximè considerandū est. l. semper. De reg. iur. & De ritu nupt. c. sponsam. De sponsal. c. qui despontatā. 27. q. 2. Exempla sunt in §. si uxor. Instit. h. tit. & l. si qua mihi. §. si uxor. De ritu nupt.

*III. Quæ nam sunt pœnae incestas nuptias
contrahentium?*

I. Nec matrimonium, nec dos intelligitur. II. Qui ex eo coitu nascuntur, in potestate patris nō sunt, sed habentur pro uulgo conceptis. III. Dissoluto tali coitu nec dotis

doris, nec donationis exactioni locus est. §. si aduersus, eod. Stat. Norimb. tit. 34. l. 9.

*DE LEGITIMATIONE,
Von Ehlichmachung.*

Quid est Legitimationis?

Est actus ciuilis, quo qui naturales sunt, efficiuntur legitimi.

Quot sunt species legitimationis?

Duæ. Vna per oblationem Curiae, id est, ordini decurionum: §. fin. Instit. de nupt. l. 3. & 4. C. de nat. lib. Altera per subsequens matrimonium. l. cum quis. l. nuper. C. de nat. liber. c. j. c. tanta. Qui fil. sint legit. Statut. Norimb. tit. 34. l. 5. Duæ tamen adhuc sunt species legitimationis in Nouell. 89. & 117. Vna per rescriptum principis, vel comitis palati ni. Altera per testamentum.

DE ADOPTIONE.

Von Ahnwünschung.

Tit. XI.

Quid est Adoptio?

Est actus ciuilis, quo qui filius nō est, pro filio habetur ciuiliter, ut scilicet familiam & hereditatem cernat. Vide Statut. Friburgensis tract. 3. tit. 7.

Quot sunt confid. in Adoptiones?

Duo: Species & Personæ.

DE SPECIEBVS ADO-
PTIONIS.

Quot sunt species Adoptionis?

Duæ. Adoptio & Arrogatio.

Quid est Adoptio?

Est quæ sit imperio magistratus in eo qui alienæ potestatis est. §.j. Instit. eod.l.2. eod.

Quot modis fit?

Duobus : aut ab extraneo, aut ab ascen-
dente.

Quis est effectus prioris modi?

Adoptatus ab extraneo, manet in pote-
state parentis naturalis, & adoptanti ab in-
testato tantum succedit. §. sed hodie. eod.l.
cum in adoptiis. C.eod.

Quis est effectus secundi modi?

Adoptatus à persona suæ familiæ in ascen-
dente linea, transit in potestatem patris ad-
optiui: quia duo uincula concurrunt, natu-
rale ex cognatione, & ciuile ex adoptione.
§. si uero. eod.& d.l. cum in adoptiis.

Quid est Arrogatio?

Est adoptio quæ sit principali rescripto,
aut

aūt Imp. autoritate in eo qui sui iuris est.d.
§.j. Instit. eod.

Quot sunt confid. in Arrogationis?

Duo. Forma & Effectus.

*Quæ nam est forma Arroga-
tionis?*

Debet fieri causa cognita, Mit ordenlicher
erkenntnuß, & cum cautione de restituendis
bonis, si forte arrogatus impubes moriatur.
§. cum autem. eod.l. non aliter. eod.

*Quæ nam effectus est Arroga-
tionis?*

Arrogatus nec emancipari, nec exhereda-
ri potest sine iusta causa, nisi quarta pars
(quæ appellatur quarta D.Pij l.j. De collat.)
illi relinquatur. §. item. eod.l. impuberem. 2.
C. eod. Et arrogatus non solum ipse pote-
stati arrogatoris subiicitur, sed & liberii i-
psius. §. penul. eod.l.2. & l. si pater fam. eod.

DE PERSONIS.

Quæ nam possunt Adoptare?

Maior nacu, minorem: non contra. §. mi-
norem. eod.l. arrogato. eod. Item spadones.
§. sed & illud. eod. d.l. 2. eod. l. spadonum.
128. De uerb. signif. Adoptare autē non pos-
sunt castrati. d. §. sed & illud. item nec mulie-

res. s. foeminae. eod. nisi in solatium libero-
rum amissorum.l.mulierem.C.eod.

*In quarum personarum locum licet
adoptare?*

In locum filij,nepotis & pronepotis.s.li-
cet.eod.l.adoptare.eod.

A X I O M A T A . T I T . XI .

Duo vincula sunt fortiora uno. s. si uerò. eod.

Adoptio imitatur naturam, & pro mōstro est ut maior
sit filius quam pater.s. minorē. eod. Quod enim
natura fieri non potest, nec adoptione fieri pos-
test.

Feminæ nō habent in potestate libros s. foeminae. eod.

Q V I B V S M O D I S I V S P A T R I A E
potestatis soluatur. Tit. XII.

*Quot sunt causæ amittendi patriam po-
tatem?*

Quinq;

Quæ nam est Prima?

Mors:quæ est duplex, Naturalis aut Ci-
vilis.

*Quomodo soluitur morte na-
turali?*

Cum pater uel auus moritur. Instit. eod.
in prin.

Quot

Quot sunt species mortis ciuilis?

Duæ.Exilium & Seruitus pœnæ.

Quottuplex est Exilium?

Duplex. Déportatio & Relegatio. Illa
perpetuum: hæc temporale exilium est. s.
cum autem.cum 2. seqq.eod.

Quid est Seruitus pœnæ?

Est mors ciuilis eorum qui in metallum
damnantur,aut bestijs obijciuntur.s. pœnæ.
eod. Gell. lib. 5. cap. 14. Hodie serui pœnæ
sunt,qui damnantur ad mortem: alio qui ne-
mo ingenuus nouissimo iure ex supplicio
fit seruus.Authent.de nupt. s. quod autem.
& s. si uerò.

Quæ nam est secunda causa?

Dignitas summa:ut patriciatus, consula-
tus, senatoria dignitas.s.filius fam. eod.l.fin.
C.de consul.lib.12.l. fin. C. de decur. lib. 10.
& in Authen. Constit. quæ de dignit.

Quid est Patricius hic?

Est is quem sibi princeps in patrem ele-
git,id est, patriciatus honore donarit siue pa-
tricium fecerit. Patricius enim dicebatur pa-
ter communis Reip. autore Suida. Et hoc
quidem raro contingebat, ut dicitur in d.l.
fin.C.de consul.Vide Cassiodo.lib.6.formu-
la 2.de formula patriciatus.Et Zosimū lib.2.

b 3 qui

qui patriciatum ait à Constantino M. exco-
gitatum esse.

Quænam est tertia causa?

Captiuitas. s. si ab hostibus. eod. l. in bel-
lo. De capt. & postl. reuer. Sed hæc causa nō
tam soluit, quām suspendit patriam potesta-
tem, properius postliminij. Itaq; suspensi
iuris constitutionem uocat Papinianus l.
penul. De suis & legit.

Quid est Postliminium?

Estius amissæ rei recipiédæ ab extraneo,
& in statum pristinū restituendæ, inter nos
ac liberos populos, regesq; moribus ac legi-
bus constitutum. l. postliminium. De capt.
& postl. reuer.

Quot sunt effectus Postliminij?

Duo. Primo capti ab hostibus, si reuertan-
tur omnia iura recipient. Deinde fictione le-
gis Corneliae, captus si reuertatur, fингitur
semper in urbe fuisse. l. captum. C. de reuer.
postl. Sin moriatur apud hostes, fингitur de-
cessisse præambula hora captiuitatis, d. s. si
ab hostibus. eod.

Quænam est quarta causa?

Emancipatio: Aufweissung, ausssteürung. s.
præterea. eod. l. fin. C. de emancip. lib.

Que-

Quænam est quinta causa?

Adoptio. s. sed & si. eod. l. cum in adopti-
uis. & l. fin. C. de adopt.

DE T V T E L I S. Von Vormundeschafften
Gehabschafften, Vogtreyen. Tit. XIII.

Quid nunc sequitur?

Hastenus dictū est de personis quæ sunt
alieni iuris: sequitur de illis, quæ sunt sui iu-
ris: quarum quædam sunt in tutela, quædā
in cura, quædam neutro iure tenentur.

Quid est Tutela?

Est potestas iuris ciuilis ad tuendum eum
qui propter ætatem se defendere nequit. s.
j. Instit. eod. l. j. ff. eod.

Quot sunt confid. in Tutela?

Duo: Acquisitio & Ammissio.

*Quot sunt causæ acquirendi Tu-
telam?*

Tres: Testamentum, Lex & Magistratus.
Acquiritur enim tutela aut testamento, aut
extra testamentum, lege vel magistratus da-
tione: quarum causarum ratione triplex est
Tutela, Testamentaria, Legitima & Dativa.
Stat. Norimb. tit. 39. l. j. Stat. Friburg. tract.
3. tit. j.

b 4

Quid

Quid est Testamentaria tutela?

Quæ datur à parentib liberis impuberibus quos in potestate habent. s. permisum, eod.i.j. De test.tute.Stat.Norim.l.2.tit.39.

Quot sunt confid, in hac tutela?

Tria, Personæ, Forma & Verba.

DE PERSONIS.

Quibus personis potest dari tutor testamento?

Nemo potest tutorem cuiquam dare nisi ei quem in suis hæredibus cum moritur habuerit, habiturus esse si uixisset. l. quò tutela. 73. s. nemo. De reg.iur. Vt impuberibus, nepotibus, d. s. permisum. cum seqq. Emancipatis in testamento datus, sine inquisitione an locuples sit aut idoneus, confirmatur. Leges enim existimant paternum testimoniū sufficere. l. de creationibus. C. de episcop, aud. & tanta paternæ affectionis efficacia creditur, ut incredibile videatur alium æquè bene prospecturum pupillorum utilitati.

QVI

Q VI TESTAMENTO TUTORES
res dari possunt. Tit. X IIII.

*Qui nam possunt dari tutores
testamento?*

Non solum paterfam.sed & filiusfam. Instit.eod.in prin.

Obiectio.

Qui in alterius potestate est, alium non potest habere in potestate. l. sic eveniet. De adult.

At filiusfam.in patris potestate est.

Quomodo igitur alium in potestate habere potest?

Reffponsio.

In publicis habetur filiusfam. loco patrisfam. l. filiusfam. De ijs qui sunt sui. Gell.lib.2.ca.2.

At tutela est munus publicū.infr. De excus. tut.

In tutela igitur filiusfam. loco patrisfam. habetur.

Aliud est in testamento. l. 3. De testam. Quia filius in eo non est publica persona, sed priuata.

Qui nam non possunt dari tutores testamento?

Furiosus & minor. s. furiosus. eod. l. si hæreditas. De test.tute.

DE FORMA.

Quæ forma dari possunt tutores testamenteri?

I. Ad certum tempus, uel ex certo tempore dari potest tutor. s. ad certum. eod. Sed medio tempore curator dandus est, quamvis legitimum tutorem pupillus habeat. Quamdiu enim testamentaria tutela speratur, cessat legitima. l. si quis. De test. tute.

Obiectio.

A&ns legiti qui non recipiant diem vel conditionem, in totum uariantur per temporis vel conditionis adiectionem. l. actus. 77. De reg. iur.

At datio tutoris est actus legitimus, ut & emancipatio, acceptilatio, hereditatis aditio. d. l. actus. Datio igitur tutoris uiciatur per temporis adiectionem.

Solutio.

Lex. Actus: loquitur de datria tutela, no de testamentaria.

I I. Certæ causæ uel rei tutor dari nō potest. s. certæ. eod. l. certarum. cum 2. seqq. De test. tute. Quia personæ datur tutor.

DE VERBIS.

Quæ nam est significatio uerborum, filius, liber, posteri?

Filius continet posthumum: liberi continent nepotes: posteri, posthumos & nepotes. s. fin. eod. l. 5. & 6. De test. tute. l. iusta. 201. l. liberorum. 220. De uerb. signif. Atque hæc de testamentaria tutela.

Quottuplex est Tutela, quæ extra testamentum defertur?

Duplex. Legitima & Datiua.

Quid est Legitima?

Quæ à lege defertur,

Cur dicitur Legitima?

Non quod testamentaria & datria non etiam sint legitimæ l. lege. 130. De uerb. signif. sed quia soli legi innititur, nec à dispositione testatoris aut iudicis autoritate pendet.

Quot sunt species legitimæ tutelæ?

Quatuor. Agnitorum, Patronorum, Parentum, Fratrum.

Quomodo differunt istæ tutelæ?

Agnati & fratres uocantur ad tutelam ex mente & uerbis l. xii, Tabb. Patroni uero

ex mente saltem & per interpretationem:
& patronorum exemplo, Parentes.

DE LEGITIMA AGNATORVM
tutela. Tit. X V.

Quot sunt confid. in hac tutela?

Quatuor. I. Quando locum habeat.
II. Definitio agnatorum. III. Amisso
iuris agnationis. IV. Quo ordine uoc-
centur agnati.

I. *Quando ergo habet locum?*

Quando aliquis intestatus deceasit. In-
stit. eod. in prin. l. j. De legit. tuto.

Quando dicitur aliquis intestatus?

Quando uel omnino testamentum non
fecit: uel fecit quidem, sed tutorē nō dedit,
aut quem dedit mortuus est. §. fin. eod. l. in-
testato. ff. eod.

II. *Qui nam dicuntur Agnati?*

Agnati sunt cognati per uirilis sexus co-
gnationem coniuncti. §. sunt autem, eod. l.
sunt autem. ff. eod. Sed hodie iure nouella-
rum sublatum est discrimin agnationis &
cognitionis: constitutumq; ut æqua lance
ad successionem & tutelam uocetur &
cognati & agnati; dummodo masculi & per-
fectæ ætatis sint, id est, x x v. annorum: nul-
laq;

laq; lege prohibeantur, neque exceptione
competente utantur. Auth. sicut hæreditas.
C. de legit. tute. Nouell. 118. §. ex his.

DE CAPITIS DIMINU-
tione. Tit. X VI.

III. *Quomodo amittitur ius ag-
nationis?*

Diminutione Capitis.

Quid est Capitis diminutio?

Est prioris status permutatio. Instit. eod.
in prin. l. j. ff. eod.

Quottuplex est?

Triplex. Maxima, Media, Minima. Tria e-
nim sunt, quæ habemus, libertatem, ciuita-
tem & familiam. l. fin. ff. eod.

Quid est Maxima?

Cum libertas amittitur,

Quid Media?

Cum ciuitas amittitur. *Wann einem das bur-
gerecht genommen wird.*

Quid Minima?

Cum familia amittitur: ut cum quis arro-
gatur. l. liberos. ff. eod.

*Quid est diminutio Digni-
tatis?*

Cum quis senatu mouetur. §. quibus. eod.

Quo-

Quae nam capitum diminutio tollit agnationem?

Maxima & Media. Nam hodie Minima nec agnatione, nec cognationem tollit: & Maxima etiam seu Media easdem non in universum tollit, sed tantum quoad effectum qui à iure ciuili cognationi sunt tributi, ut sunt ius successioneis & tutelæ. *Nam,*

Iura ciuilia à ciuili ratione possunt corrumphi, non naturalia. §. sed agnationis. Instit. De legit. agnat. tut. i. iura sanguinis. §. Dé reg. iur.

At agnatio est iuris ciuilis: cognatio iuris naturalis.

Agnatio igitur iure ciuili, id est, diminutione capitum, corrumphi potest non cognatio.

III I. Quo ordine vocantur Cognati?

Non simul omnes. §. fin. Instit. de cap. dimin. l. si plures. De legit. tuto. Iure novo ex pluribus eliguntur idonei unus uel plures. d. Authent. sicut hæreditas.

Quare vocantur Agnati ad tutelam?

Quos ad hæreditatem vocat lex, eosdem & tutores esse iussit. Quia plerumq; ubi successionis est emolumenatum, ibi & tutela onus esse debet. Instit. de legit. patr. tut. l. secundum. 10. 1, quod tutela. 73. c. qui sentit. De reg. iur.

At

At lex ad hæreditatem vocat agnatos. Eosdem ergo etiam tutores esse iussit.

DE LEGITIMA PARENTUM TUTELA. Tit. XVIII.

Quid est parentum tutela?

Est tutela recepta exemplo patronorum, qua pater liberorum impuberum emancipatorum tutor est. Quia cōtracta fiducia emancipat. §. fin. De legit. agnat. succes.

Potest ne mater esse tutrix?

Mulieres à tutela abscentur. 1. fœminæ. 2. Dé reg. iur. Nisi suorum liberorum tutrices sint. Authē. matri. C. quan. mul. tut. off. fung. & tum coguntur renunciare S. C. Velleiano. Stat. Norim. tit. 39. l. 3. & tit. 33. l. 2. Stat. Frib. tract. 3. tit. j.

DE DATIVA TUTELA. Tit. XX.

Quid est Dativa tutela?

Quæ datur per Magistratum, cum testamentarius aut legitimus tutor nullus est.

Quomodo datur tutor?

Olim triplex dandi modus erat: de quo in tit. de Atil. tute. Instit. in prin. Sed hodie ex constitutione Iustiniani, magistratus dant

dant tutores: legitima cautela præstada, magistratum ipsorum periculo. §. nos autem. Instit. d. tit. Stat. Norimb. tit. 39. l. 4. & 7. Stat. Frib. tract. 3. tit. j. §. 14. & 15.

Quæ nam est causa finalis tutelæ?

Vt si qui perfectæ ætatis non est, alterius tutela regatur §. impuberis. Instit. eod.

Quot sunt effectus tutelæ?

Duo. Rationis redditio & Autoritas.

Quando redditur ratio tutelæ?

Post pubertatem, id est, finita tutela. §. fin. Instit. eod. l. nisi finita. De tut. & rat. distr.

Quo iudicio compelluntur tutores rationem reddere?

Iudicio tutelæ: quæ est actio qua tutores, qui pupillorū negotia gesserunt, rationem reddere coguntur post pubertatem. d. §. fin. Stat. Norimb. tit. 39. l. 11. & 12. Stat. Frib. tract. 3. tit. j. §. 31.

DE AUTORITATE TUTORVM,
Von gewalt, ampt vnd handlung der vor-
munder. Tit. XXI.

Quot sunt confid. in autoritate tutorum?

Duo. Res & Modus.

In quibus rebus opus est autoritate?

In negotijs è quibus mutua obligatio ostenditur: in reliquis opus non est. Nam suam conditionem pupillus meliorem facere potest etiam sine tutoris autoritate. Instit. eod. in prin. l. obligari. l. pupillus. De acq. rer. dom. l. contra iuris. De pact. Excipiuntur tamen tres casus: ut hæreditatis aditio, bonorum possesio & fideicommissum. §. neque. eod. idq; Propter metum periculorum. Solent enim huiusmodi obvientiones rerum, multis controviersijs esse implicitæ, ut sæpè præstet eas negligere, quam audire sectari. l. minoribus. De minor. Vide l. pupillus. De tierb. signif. & De reg. iur. ubi autoritas tutorum iudicio syllogismi concluditur:

Quod animi iudicio sit, in eo tutoris autoritas necessaria est.

At pupillum nolle aliquid, aut nolle animi iudicio sit.

Pupillis igitur nec nolle, nec nolle in ea ætate potest, nisi apposita tutoris autoritate.

Vide Stat. Frib. tract. 3. tit. j. §. 27. & tract. 2. tit. 9. j.

*Quomodo interponenda est au-
toritas?*

Tutor statim in ipso negotio seu actu pre-
sens

sens deber autor fieri. §. tutor.eod.l. obligat.
ri. §.3.eod.

*Potest'ne creditor, uel debitor esse tutor
aut curator?*

Hodie non potest. Auth. ut hi qui obl. se
perh.hab.res mino. §.j. Authen. minoris. C.
qui dari tut. poss. Excipitur mater. Authen.
ut sine ullo imped.Stat.Norimb.tit.39.l.6.

DE AMISSIONE TV-
tela. Tit. XXII.

Quot de causis finitur Tutela?

Decem. I. Pubertate,id est, xiii anno
in masculis, xii. in foeminis. I. fin. C. quan.
tut. aut cur. esse desin. Vide Stat. Norimb.
tit.39.l.11.

I I. Arrogatione.l.14.De tute. I I I. De-
portatione. I I I. Captiuitate. V. Con-
ditionis euehtu. VI. Morte. VII. Ca-
pitis diminutione. VIII. Diei euentu uel
temporis præfiniti decursu. IX. Remo-
tione ob suspicionem. X. Excusatione.
Toto tit.Instit.quot mod.tut.fin.

DE

D E C U R A T O R I B V S.

Tit. XIII.

Von Pflegern, Versorgern.

Quid est Cura?

Est potestas iuris ciuilis ad tuendas res
puberis minoris. Masculi enim puberes &
foeminæ uiri potentes, usq; ad x x v. annum
completum curatores accipiunt.

Quottuplex est Cura?

Duplex. Testamentaria & non testamentaria.
Et si autem testamento dari non possit
curator (quia is datur principaliter rebus. l.
in copulandis. C. de nupt. de quib.pater no
potest post pubertatem filij directo disponere
re) datus tamen confirmatur decreto magis
tratus. §.j.eod.

Quottuplex est non testamentaria?

Duplex. Legitima & Dativa.

Quid est Legitima?

Quæ à legibus defertur proximis agna-
tis. §.furiosi.inst.eod.

Quid est Dativa?

Quæ ab ordinario magistratu datur. d. §.
furiosi.cum seq. Vnde dativi curatores etiā
honorarij & prætorij dicuntur.

Datur' ne etiam cura tor maiorenis?

Datur, si sit furiosus, prodigus, mente cas-
ptus, surdus, mutus, aut perpetuo morbo la-
borer. Nam,

His qui rebus suis superesse non possunt curatores
dandi sunt.

At haec personae rebus suis superesse non possunt.

His ergo personis curatores dandi sunt. Vide Stat.

Frib. tract. 3 tit. j. §. 3. 4. 5. 6. 7.

Datur' ne etiam impuberi cura tor?

Datur tribus casibus. I. Si tutor non sit
idoneus, nec tamē fraudulenter negotia
administret: tum enim (quia habenti tuto-
rem tutor dari non potest) adiungitur ei cu-
rator. II. Si ex certo tempore datus sit. I. so-
let. De tutel. III. Si impeditus sit: tuū enim
actor constituitur à magistratu. §. interdū. cū
seqq. eod. Atq; hæc de tutoribus & curato-
ribus speciatim, in quibus tamē adhuc qua-
tuor generaliter consideranda sunt: Satisfac-
tio, Actiones quæ dantur pupillis, Excusa-
tio, Suspicio.

DE SATISFATI O N E,

Von Sicherheit vnd Bürgschaft.

Tit. XXIIII.

Quid est Satisfactio?

Satisfactio dicuntur tutores & curatores,
quando

quando per solennem stipulationem rem pu-
pillis uel adultis finita tutela aut cura saluā-
fore ita cauent, ut datis hoc nomine fideiufi-
foribus securi fiant. Id enim est satisdare. I. j.
Qui satisd. cogant. Satisfactio enim introdu-
cta est ne pupillorum negotia à tutoribus
consumantur uel diminuantur. Instit. eod.
in prin.

Coguntur' ne omnes satisdare?

Non omnes: immunes enim sunt testa-
mentarij & ex inquisitione dati. Instit. eod.
in prin. I. testamento. 17. cum 2. seqq. De test.
tute. Nam,

Quorum fides & diligentia approbata est, iij nō de-
bent satisdare.

At tutorum testamento datorum fides & diligen-
tia à testatore approbata est.

Testamentarij igitur tutores non debent satisdare.

Item,

Qui idonei sunt, non debent satisdare.

At ex inquisitione dati, idonei sunt electi.

Ex inquisitione igitur dati, non debent satisdare.

*Quæ nam actiones dantur pupillis ex mi-
noribus?*

Tres. I. Actio tutelæ quæ datur contra
tutorem. II. Actio negotiorum, quæ da-
tur contra curatorem. III. Actio subsi-
diaria, quæ datur contra magistratus & hæ-

rēdes eorum: cum aut omnino satisdati non curarunt, aut non idonee passi sunt caueri. Quoties enim uitiose satisdatum est, non uidetur satisdatū. l. quoties. Qui satisd. cog. §.sciendum. Instit. de satisd. tut.l. j. §. sciendum. & l. quod ad hāredem. De magistr. conue.l.2.C.de mag.conuen.

DE EXCVSATIONE TUTO-

rum. Tit. XXV.

Quid est Excusatio?

Est allegatio causarum à tutoribus & cu-
ratoribus intrā quinquagesimum diem à sci-
entia datae tutelæ aut curæ, facta ad subter-
fugiendam tutelam aut curam. §. qui autem,
Instit.eod.l.tutores.C.eod.

Quādam sunt cause Excusa- *tionis?*

Multæ sunt. I. Numerus liberorum su-
persticium, aut pro patria mortuorum. l.16.
ff.eod. Nam,

A' publico munere excusat numerus liberorum.
At tutela & cura est publicum munus. l. pupillps.
139. §.m. nōus. De herb. signif. & in Instit.h.tit.

A' tutela igitur & cura excusat numerus liberoru.

II. Administratio rerum fisci: Kamer vnuud
Rentmeister. §.item diuus.eod.

III. Ab-

III. Absentia Reip.causa. §. itē qui. eod.
l.non solum.10.eod.

III. Munus publicum seu potestas, §.
& qui.eod.l.potestatis. De herb. signif.

V. Lis cum pupillo.l.propter litē.eod. §.
j.Auth.ut ij qui oblig.se hab.perh.res mino.

VI. Tria onera tutelæ non affectatæ, §.i-
tem tria.eod.l.3.& 6.eod.

VII. Paupertas. §. sed, eod. l.7. §. fin. l.
pen. §.fin.eod.

VIII. Morbus seu infirmitas. §. item
propter.eod. l.10. in fi.eod. & C. qui morb.
se excus.

IX. Ignorantia literarum , simplicitati
coniuincta. §.similiter.eod.

X. Inimicitæ capitales. §. itē si propter.
§.inimicitæ.eod.l.athletæ. §.dat.eod.

XI. Aetas.Nam major l xx, annis excu-
fatur. §.item maior.eod.l.2.ff.eod. Minoren-
nes autem prohibentur à tutela. l. fin. C. de
legit.tute.& C. qui ætat. se excus. l. eius est.
3. De reg.iur. Nam,

Qui alieno auxilio in rebus suis administrandis e-
get; et aliorum tutelam vel curam subire in
civile est.

At pupillus & minor alieno auxilio eagent.

Pupillum igitur & minorem aliorum tutelam vel
curam subire incipile est.

XII. Militia. s. idem & in eod.

XIII. Liberalium studiorum professio,
s. item Romæ. eod.

Atq; hæ excusationes tutoribus cum cu-
ratoribus communes sunt: Duæ tamen sunt
propriæ curatorum. Nam I. qui tute-
lam alicuius gesit, inuitus curator eius fie-
ri nō compellitur. s. pen. eod. l. curator. eod.
II. Maritus potest le excusare cum uxori
curator datur. s. fin. eod. l. 4. C. eod. Vide
Stat. Norimb. tit. 39. l. 5. Stat. Fribur. tract. 3.
tit. j. cir. fin.

AXIOMATA. TIT. XXXV.

Tutela & cura est publicum munus.

Qui pro Rep. occiderant in pérpetuum per gloriam ui-
nere intelliguntur.

Aliquando est cōmodum pauperem esse & nihil scire.
Inciuile est eos qui alieno auxilio in rebus suis admi-
nistrandis egere noscuntur & ab alijs reguntur: a-
llorum tutelam vel curam subire.

Qui plures habet excusationes, si de quibusdam non
probauerit: alijs uti non prohibetur.

DE SUSPECTIS TUTORIBVS.

Von argwöñigen, verdecktigen vormün-
dern. Tit. XXXVI.

Quot sunt h̄ic consideranda?
Duo: Origo suspecti & Iudicium,

Quo-

Quæ nam est origo suspecti?

Lex xii. Tabb. Institut. eod. in prin. l. j.
ff. eod.

Quot sunt confid. in Iudicio?

Tria. Personæ, Causæ, Processus.

Quæ nam personæ possunt cognoscere
de suspecto?

Omnis magistratus ordinarij.

Quæ nam possunt postularis

Omnis tutores. s. j. eod.

Quæ nam possunt postulare?

Omnis. Est enim publica accusatio.

Nam,

Publica accusatio patet omnibus.

At accusatio suspecti est publica

Patet igitur omnibus, etiam mulieribus. Nam,

Mulieres que pietatis necessitudine ducuntur,
possunt postulare.

Mater, aux, nutrix, pietatis necessitudine du-
cuntur.

Possunt igitur postulare.

Obiectio.

A ciuib. mun. mulieres sunt remota. l. 2. De reg.

At accusatio est munus ciuale.

Ergo ab accusatione mulieres remouentur.

Responso.

Vbi agitor fauor pupillorum, mulieres admit-
tuntur.

Hic in accusatione suspecti agitur fator pupil-
lorum.

Hic igitur & mulieres admittuntur.

Excipiuntur tamen illæ quæ pietatis ne-
cessitudine non ducuntur: sicut & impu-
res. & consequens. cum seq. eod. l. impube-
ribus. eod.

Ob quas causas fit aliquis suspectus?

I. Ob dolum, si non ex fide tutelam ge-
rit. & suspectus. eod.

II. Ob denegationem alimentorum. &
si quis. cum seq. eod. l. 3. & tutor. l. 7. eod.

III. Ob mores. & fin. eod. l. 8. eod.

*Qui nam est processus iudicij in suspectis
crimine?*

Pendant ^a Postulato suspecti interdicitur admi-
nistratio quoad cognitio finiatur. & si quis
autem. eod. l. 3. ff. eod. l. eum quem. C. eod.

I I. Coniunctus fraudis remouetur, etiâsi
fatis afferat. & nouissimè. eod. l. 5. & 6. eod.
Vanum enim est se fragilitati cautionis com-
mittere. l. cogi. 16. & idem querit. Ad Trebell.
Et logè melius est intacta iura seruare, quam
post causam vulneratam remedium quære-
re. l. fin. C. in quib. cau. rest.

I II. Remotus ob dolum fit infamis. &
suspectus. eod. l. fin. C. eod. l. dolus.

AXIOMATA. TIT. XXVI.

Famæ patroni parcendum est.

Mulieres sexus tercundiam non debent ege-
di.

Pium est iniuriam pupillorum non sustinere.

Quæ mora deteriora sunt. distrahabenda sunt.

Sola paupertas non reddit suspectum.

Finis Libri primi.

QVÆSTIO.

QVÆSTIONES IN INSTITUT. IV S T.

LIB. II.

DE REBUS. Tit. II.

Quid nunc sequitur?

A&tenus de Personis dictum est:
sequuntur Res.

*Quæ nam est Rerum di-
uisio?*

Res sunt uel extra commercium seu pa-
trimonium nostrum: uel in patrimonio no-
stro: Extra patrimonium sunt iuris uel hu-
mani, uel diuini.

*Quottuplices sunt res humani
iuris?*

Communes. §. j. eod. l. 4. eod. ut aér,
aqua profluens, mare, litrus maris.
Publicæ. ut flumina, portus, ripæ.
§. flumina. eod. l. portus. 59. l. lit-
rus. 96. & 112. De uerb. signif. l. ripa-
rum. eod.
Tri- pli- cates: Vniuersitatis. ut theatra, stadia, §. u-
niuersitatis. eod. l. 6. §. uniuer-
tatis. eod.

Quot-

LIBER II.

45

Quottuplices sunt res diuini iuris?

Duplices: Publicæ aut Priuatæ. Publicæ
sunt Sacræ aut Sanctæ.

Quæ nam sunt Sacræ?

Quæ rite Deo per pontifices consecratæ
sunt. §. sacræ. eod. l. 6. §. sacræ. eod. nec pos-
sunt alienari. l. sancimus. 17. C. de sacrof. ec-
cles. Nam,

Quod nullius est in obligationem deduci non po-
test. l. quod nullius. 182. De reg. iur. Et semel Deo
dicatum, nō est ad usus humanos amplius trans-
ferendum. c. semel. De reg. iur.

At res sacra nullius est & Deo dicata est.

Res igitur sacra nec in obligationem deduci, nec
ad usus humanos transferri potest.

Quæ res dicuntur Sanctæ?

Quæ pœna capitis sancitæ sunt: ut muri
& portæ. §. sanctæ. eod. l. j. eod.

*Quæ nam sunt priuatæ res diuini
iuris?*

Religiosæ ut monumenta. §. religiosum.
eod. d. l. 6. §. religiosum. De his omnibus sic
concludi potest:

*Quæ diuini iuris sunt, nullius sunt. §. nullius, eod.
d. l. j. eod.*

*At res sacre, sanctæ, religiosæ: diuini iuris sunt.
Nullius igitur sunt.*

Quæ-

Quæ nam res sunt in patrimonio nostro?

Quæ singulorum sunt: in quibus considerantur
sunt causæ acquirendi & amittendi.

Quæ nam sunt causæ acquirendi?

Acquirimus res aut singulariter, aut universaliter. Singulariter iure gentium, aut civiliter. s. singulorum. eod.l.j. De acq.rer.dom:

Ab utro iure incipiendum est?

A' naturali. Nam;

A' iure uetusiore inciperè est commòdius.

At ius naturale est uetusius.

A' iure igitur naturali incipiendum est.

Quot sunt species acquisitionis naturalis?

Quatuor. Occupatio, Accessio, Inuentio, Tractatio.

I. DE OCCUPATIONE.

Quot sunt species Occupationis?

Tres. Aut enim uersatur circa animalia, aut circa hostes, aut circa lapillos.

Quot sunt causæ occupationis circa animalia?

Tres: Venatio, Aucupium, Piscatio. Vide Stat. Norim. tit. 24.

Quæ-

Quæ nam intelligis animalia?

Fera. Nam,

Quod nullius est, id naturali ratione occupanti conceditur.

At fera bestia, uolucres & pisces, sunt nullius.

Iure igitur gentium statim illius esse incipit, qui ea cepit. s. fera, cum seqq. cod.l.) 2.3.4.5. De acq.rer.dom. Licet in hac specie ius consuetudinis & præscriptio longissimi temporis multa variant.

Quid iuris est de apibus, pauonibus, columbis, ceruis, gallinis, anseribus?

Fera animalia occupanti conceduntur. d. s. fera.

At apes, pauones, columbae, cerui, sunt fera animalia. s. apium. s. pauonum. s. ceruos. cod.

Occupanti igitur conceduntur. Econtra,

Mansueta animalia occupanti non conceduntur.

At gallinae & anseres sunt mansueta animalia. s. gallinarum. cod.

Non igitur occupanti conceduntur.

Quomodo acquirimus ex hostibus?

Per prædam belli publici iusti: quæ dicuntur manubiae. s. item ea. eod.l.7. De acq.rer.dom. Vide l.hostes, 118. l. quos nos hostes. 2.3.4. De uerb. signif.

Quomodo acquirimus lapillos?

Quæ in littore maris inueniuntur (& occupantur) uerbæ

uerba enim cum effectu sunt intelligenda) iure
naturali occupantis sunt. s. item lapilli. cod. l. j.
De acquir. poss.

At lapilli & gemmæ in litore maris inueniuntur.
Lapilli igitur & gemmæ occupantis sunt.

Quomodo differunt lapilli & gem-
mæ?

Gemmæ sunt pellucidæ materiæ, ut smaragdi, chrysolithi, & amethysti. Lapilli autem contrariæ superioribus naturæ, ut Obsidiani, Veientani. Margaritæ autem nec gemmis, nec lapillis continentur: quia concha apud rubrum mare & crescit & coalescit. l. & si non sunt. s. fin. De aur. & arg. leg. Vide Athenæum lib. 3. de Margarita.

II. DE ACCÉSSIONE.

Quottuplex est Accessio?

Duplex. Simplex aut Mixta. Simplex est Naturalis aut Artificialis. Naturalis rursus discretæ aut concreta.

Quot nam sunt species discretæ acces-
sionis?

Fœtura animalium. s. item ea. & s. in pecudum. eod. l. 2. & 6. De acq. rer. dom.
Duæ Insula. s. insula. eod.

Quot-

Quottuplex est Insula?

Duplex: Marina seu in mari nata, aut Fluviatrica in flumine nata, ein wird: ut in Tiberi nata.

Cuius est insula Marina?

Occupantis. Nam,

Quod nullius est, occupanti conceditur.

At insula in mari nata, nullius est,

Occupanti igitur conceditur.

Cuius est insula Fluviatrica?

In medio flumine nata est communis eorum, qui prope utraq; ripam prædia possident. Alteri parti proximior, eorum est qui ab ea parte prope ripam prædia possident. Vide Tiberiadem Bartoli & Buteoniem de fluviaticis insulis.

Quæ nam est species accessionis concreta
seu continua?

Alluicio, quæ est incrementum latens, ein grieß oder werd. s. præterea. eod. Huic similis est Circumluicio, uel ex utraq; parte, uel ex una. s. quod si aliquan. cum seq. eod. Item illuicio seu inundatio. s. alia. eod.

Res immutatur, cum forma immutatur.

At inundatio agri formam non immutat.

Inundatione igitur ager non immutatur.

Quænam sunt species artificialis accessio-

Multæ sunt, in quibus omnibus bona si-
des requiritur. Nam,

Ius naturale nullum locum dat male fidei.

At species artificialis accessioñis sunt iuris natu-
ralis.

In his ergo speciebus nullus locus est male fidei.

I. Specificatio seu effectio formæ: Cum ex aliena materia forma aliqua facta est, que ad priorem & ruderem materiam reduci non potest. s. cum ex aliena. eod. Idem est cum partim ex aliena, partim ex propriâ materia species facta est. s. quod si partim. eod.

Nam,

Qui non solum operam præstit, sed & partem ma-
teria dedit; is dominus est speciei.

At qui partim ex sua, partim aliena materia alio
quam speciem fecit: operam & partem materiae
dedit.

Is ergo speciei dominus est.

II. Textura uel sutura: Ut cum quis alie-
nam purpuram suo uestimento intexuerit;
s. si tamen. eod. Nam,

Accessorum sequitur principale. c. accessorium.

De reg. iur.

At purpura est accessorium uestis;

Purpura igitur sequitur uestem. Neq; enim uestis

ex purpura censetur: sed hec semper illius pars
& accessio est. Et dominus purpura habet actionem.

Obiectio.

Res extinctæ non potest uendicari.

At purpura uesti intexta, est extincta.

Purpura igitur non potest uendicari.

Responso.

Licet res extinctæ non possint uendicari, id est, actione in rem seu rei uendicatione peti: attamen condici, id est, actione perso-
nali peti possunt. Durch ein klag vmb bezalung.

III. Commixtio seu confusio. Nam si duorum res (uel homogeneæ uel heteroge-
neæ) confusæ uel commixtæ fuerint, uel do minorum uoluntate uel fortuito: corpus totum aut species inde facta communis est.
Excepto si frumentum commixtum sit for-
tuitum: quia singula corpora in sua substantia durant: & si ab alterutro totum retineatur,
in rem actio competit alteri pro modo sui frumenti. s. si duorum. eod.

III. Aedificatio. Nam ædificat quis aut in suo solo ex aliena materia: aut in alieno ex sua. Illic si ædificium manet, is cuius ma-
teria fuit, agit actione de rigno iuncto. l. ti-
gini. 62. De uerb. signif. Si uero ædificium di-
rurum est: dominus materiae agit ad exhibi-

bendum. Hic uero queritur aut de dominio, aut de possessione. Si de dominio queritur, tum is qui sciens aedificat in alieno, donare intelligitur. I. cuius per errorem. 53. De reg. iur. qui uero ignorans & bona fide aedificat, impendia recuperat. Si uero de possessione agitur: tum possessor bonae fidei exceptio-ne dolii precium materiae & mercedes con-sequitur. §. cum in suo. cum seqq. eod.

V. Plantatio seu insitio, Pflanzen, impfen. §. si Titius. eod.

VI. Satio seu seminatio. §. qua ratione. eod. l. qua ratione. 9. De acq. rer. dom.

VII. Scriptura. §. literae. eod. & d. l. 9. §. literae.

Ratio horum omnium est ex axiomate Logico: Adiuncta insunt & inherent subiectis: & ex c. accessorium: De reg. iur. Atque adeo ex axiomate l. in rem. §. sed id. De rei uend. Nam,

Neccesse est ei rei cedere id, quod sine illa esse non potest.

At praetexta fine nescit: superficies & planta & se-men sine solo: & scriptura sine charta esse non potest.

Praetexta igitur uestis, superficies, planta & semen solo: scriptura charta cedit.

Vnde

Vnde uersus scholasticus:

Quicquid plantatur, seritur, uel, inaedificatur.

Omne solo cedit: radices si tamen egit.

Aliud tamen est in pictura propter sum-
ptus & artis excellentiam. Vterq; tamen do-
minus habet rei uendicationem: pictor di-
rectam dominus tabulae utilem. §. si quis in
aliena. eod. d. l. 9. §. sed non.

Quae nam est mixta accessio?

Est in fructibus: qui sunt uel naturales, uel
industriales. Possessor itaq; bonae fidei ac-
quirit fructus perceptos, pro cultura & cu-
ra. Malae uero fidei etiam consumptos resti-
tuet. §. si quis a non domino. eod. l. bona fi-
des. 136. De reg. iur. l. quæstio. 115. De uerb.
sign. Ut ilis uero dominus (ut usufructua-
rius) perceptos tantum acquirit, nec pen-
dentes ad haeredem transmittit. §. is uero ad
quem. eod. l. nemo plus. 54. De reg. iur.

Quid est in fructu?

Fœtus pecudum. §. in pecudum. eod. l. in
pecudum. De usur.

Ad quid tenetur usufructua-
rius?

Recte colere & quasi bonus paterfam. uti
debet. §. sed si gregis. eod. l. uetus. De usur.
Er oll die gütter in güttem wesenlichem bauw erhalten
und nichts verschwenden. Vti, non abuti debet.

III. DE INVENTIONE
thesauri.

**Quomodo acquiruntur the-
sauri?**

Thefaurus inuentus in loco proprio, na-
turali æquitate inuentoris fit. In alieno au-
tem, inuentori & domino soli pro dimidio
cedit. §. thesauros. eod. l. 31. & 63. De acq. rer.
dom. l. jca. C. de thesauris lib. x. l. 3. in fin.
De iur. fisc. Vide Stat. Norimb. tit. 25. l. j. &
Spartan. in Hadriano.

IV. DE TRADITIONE,
Von Einraumung, Behändi-
gung.

Quid est Traditione?

Est causa acquirendi, qua res transfertur
ex uoluntate tradentis. Hic enim ius acqui-
rendi, facit uoluntas tradentis.

Quottuplex est.

Duplex. Vera & Ficta.

Quid est vera traditio?

Qua res corporalis mobilis de manu in
manum transfertur: & ita res accipientis fit.
§. per traditionem. eod. d. l. 9. §. hæc quoque
res. Excepto uno casu uenditionis, ubi tra-

dita

dita res emptoris non fit, nisi premium solue-
rit uel alio modo satisficerit, uendor uo-
fidem emptoris fecutus fuerit. §. uenditæ.
eod. l. quod uendidi. De contr. empt. l. alie-
natum. 67. De uerb. signif.

Quid est Ficta?

Quæ non fit de manu in manum: sive in
personam certam aut incertam.

Quomodo in certam?

Per patientiam. §. interdum. eod. Per sym-
bolum, ut cum traditur claves. §. item quis.
eod. l. clauibus. De contrah. empt. Per inue-
tituram. Durch lehenbrief, vertigungbrief.

Quomodo in incertam?

Per iactum missilium. §. hoc amplius. eod.
Auth. de Coss. §. hæc itaq;. Ité cum quis rem
pro derelicto haberet. §. qua ratione, cù seqq.
eod. l. si id quod. Pro derelicto.

**Quid de rebus, que in tempestate ejiciun-
tur, aut nobis excidunt?**

Illæ dominorum permanent. Nam,

In derelicto habetur, quod dominus in rerum sua-
rum numero esse nolit.

At merces eiætas aut res elapsæ domini in rerum
suarum numero non esse nolunt.

Merces igitur aut res elapsæ pro derelictis non ha-
bentur. l. 7. Pro derelicto, l. qui leuanda. Ad l.
Rhod. de iactu. Et qui casu lucrandi animo susti-
tuitur.

d 4

leuit,

Ierit,furcum committit,l.falsus.'§. si iactum, De
fuit. Vide Stat.Nor.tit.25.l.2.

DE REBUS CORPORA LLI
bus, Tit. II.

Quid nunc sequitur?

Hactenus diximus quomodo res Corporeæ aequirantur. Nunc de incorporeis, quæ in iure consistunt, ut sunt Seruitutes & Obligationes.

Quid est Seruitus?

Est ius quod nobis aut nostris rebus in alterius rebus competit.

Quottuplex est:

Duplex,Realis aut Personalis,

DE SERVITVTIBVS PRAE-
diorum, Tit. III.

Quid est Realis seruitus?

Quæ à rei debetur: quæ & prædialis dicuntur,quia sine prædijs constitui realis seruitus nequit,§. ideo,eod.l.j. Commu.præd.

Quot sunt confid.in Realis?

Duo, Species & Causæ acquirendi,

Quottuplex ergo est seruitus realis:

Duplex,Rustica & Vrbana.

Quid

Quid est Rustica?

Quæ prædijs rusticis inhæret.

Quottuplex est:

Duplex,Nominata(ut iter Fußpfad,steig: aetus,rib,vechtrib: uia straß,fahrweg: aquæductus,wässerleitung) Vel innominata, ut aquæhaustus,wässerbefuch: ius pascendi, waid oder blumbbefuch, tritt vnd trap. Instit.eod.in prin. & §.inter rusticorum. item l.j. De seruit.præd. rustic.

Quid est Vrbana seruitus?

Quæ ædificijs inhæret. §. prædiorū. eod. I. urbana, 198. De uerb.signif.l.j. Cōmu.præd. l.2. De seruit.præd. urb. Stat.Nor.tit.26.l.3.

*Quibus causis acquiruntur seruitates
redles?*

Pactionibus seu stipulationibus & testamentis,§. fin.eod.l.potest.Commu.præd.

DE VS V FR V C T V.

Tit. IIII.

Quid est seruitus personalis?

Quæ à personæ debetur. Ut sunt Vsus. fructus, usus, & habitatio.

Quid est vsusfructus?

Est ius utendi fruendi alienis rebus, salua

d 5 rerum

rerum substantia. Instit. eod. in prin. l. j. & 2.
cod. Ein Niessung oder besitz.

Quot sunt confid. in usufructus?

Duo. Res & Causæ tam acquirendi, quam
finiendi.

*In quibus rebus consistit usus-
fructus?*

In ijs quæ usu non consumuntur. s. con-
stituitur. eod. Et hic uerus ususfructus est.
Nam in cæteris rebus quasi ususfructus est.
l. j. 2. 7. De usufr. ear. rer. c. fin. De pigno. l. j. C.
de usufructu est, daf cautio de restituendo.

*Quibus ex causis acquiritur usufru-
ctus?*

Testamēto & pactis. s. j. eod. l. 3. & 6. cod.

Quibus ex causis finitur?

I. Morte usufructuarij. *Widerfahrt.* II. Ca-
pitis diminutione. III. Non utendo per
modum & tempus. I. corruptionem. C. eod.
IV. Cessione & consolidatione. V. Rei
interitu. l. 5. Quib. mod. usufruct. s. finitur.
Instit. eod.

DE VS V ET HABITATIO- ne. Tit. V.

Quid est usus?

Est ius alienis rebus utendi duntaxat:
quod

quod ostendunt exempla fundi, ædium, ser-
vi, animalium, id est, iumentorum & peco-
rum: in s. j. cum seqq. eod. l. si habitatio. s. si
usus. l. plenum. s. 2. eod.

Quid est Habitatio?

Est ius in alienis ædibus habitandi: quod
amplius est usu, sed tamen angustius usufru-
ctu. s. sed si cui. eod. d. l. si habitatio. eod. l.
cum antiquitas. C. eod.

DE VS V CAPIONE ET PRÆB.

scriptione. *Von langwiriger Besitzung,
Gewehr und Verjährung.*

Tit. VI.

Quid nunc sequitur?

Hactenus quomodo iure gentium res ac-
quiratur: nunc quomodo iure ciuili per V-
sucaptionem & Donationem.

Quid est vsucapio?

Est acquisitionis dominij per possessionis
longam continuationem.

Quot sunt confid. in vsucaptione?
Duo. Causæ & Species.

*Quænam sunt causæ efficientes et fina-
les usucaptionis?*

I. Ne rerum dominia in incerto sint. In-
stit. eod. in prin. l. j. De usurp. & ut sit litium
aliquis

aliquis finis. I. fin. Pro suo. II. Negligentia domini. III. Vtilitas possidentium seu fauor possessionis. Non enim debet alicui longa & indubitata possessio auferri.

Quae nam est causa formalis?

In usucapione requiritur: I. bona fides. Instit. eod. in prin. I. bona fides. 136. c. possessor. De reg. iur. I. bonę fidei. 109. De uerb. sign. II. Iustus titulus: ut donatio, emptio. Nec prodest error falsae causae. s. error. eod. Error enim proprii facti potest depræhendi: securus, in alieno facto: ideoq; ignorantia alieni facti probabilis est. I. fin. Pro suo. I. qui in alterius. 42. De reg. iur. III. Diutina possessio. c. sine possessione. De reg. iur. Continuatur autem possessio nō solum in successore, sed & in emptorem. s. diutina. eod. IV. Res carens uitio uel ab eodem purgata. s. sed aliquando. cum seqq. & s. nouissime, eod. Stat. Nor. tit. 16. I. 9,

Quod sunt species usucaptionis?

Duæ. Una est priuatorum; altera Fisci. Illa rursus duplex est: una rerum mobilium, quæ propriè usucapio: altera immobilium, quæ præscriptio dicitur.

Quid est usucapio?

Quare res mobiles per triennium acquiruntur,

tur. s. & cum. eod. I. jca. C. de usucap. transform.

Quid est præscriptio?

Qua res immobiles per longi temporis possessionem acquiruntur: inter præsentes decennio: inter absentes 20 annis. d. s. & cū. & I. pen. & fin. C. de præscrip. long. temp. Est enim in rebus soli & locis uacantibus propter absentiam, negligentiam aut mortem domini sine successore mortui. s. quod autē. eod. I. 37. & 38. eod.

Quid est præscriptio Fisci?

Qua fiscus uel ærarium res alienas per quadriennium præscribit. s. edicto. eod. I. 2. & I. fin. C. de quadr. præscript. Vide Zaf. cōsil. Germanico 2. ubi praxis est huius rei.

DE DONATIONIBVS.

Von Ubergaben. Tit. VII.

Quid est Donatio?

Est promissio aut traditio alicuius rei, ea mente facta, ut accipientis fiat & exerceatur liberalitas & munificencia. I. j. De donat. I. donari. 82. De reg. iur.

Quattuorlx est Donatio?

Duplex. Fit enim aut mortis causa, aut inter uiuos. Vide Stat. Frib. tract. 2. tit. 7.

Quo-

Quomodo mortis causa?

Cum quis mortalitatis cogitatione donat. *Ein gab von todts wegen.* Et talis donatio legitimo assimilatur. §. haec mortis. Instit. eod. l. fin. C. de mort. cau. donat.

Quid est donatio inter uiuosc?

Cum quis sine mortis cogitatione donat. estq; uel simplex seu directa *Ein freye, ohnuerdingte gab: uel propter nuptias, Ein widerlegung.*

Quando est perfecta simplex donatione?

Cum uoluntas donatis manifesta est: id eoq; necessitatem traditionis in se habet. §. perficiuntur. eod. l. si quis argentum. C. eod. Quod si excederit D. aureos, insinuari debet actis interuenientibus. *Man muß sie vor gericht aufrichten.* §. & cum retro. eod. l. sancimus. C. eod. Reuocatur etiam propter ingratitudinem. l. fin. C. de reuoc. donat. Itaq; in simpli ci donatione confid. est perfectio, traditio, insinuatio, reuocatio: quorum tria priora ad formam referuntur: ultimum ad dissentanea:

Quid est donatio propter nuptias?

Est munus quod a sposo uel marito, uel alio eorum nomine uxori in gratiam dotis uicissim datur. Estq; dotis quædam cautio, *Græcis ἀποτέλεσμα Ein widerlegung.* Stat. Norim.

tit.

tit. 28. l. 5. §. i. Et tales donationes non solum constitui, sed & augeri possunt tum ante matrimonium, tum eodem cōstante. §. sed nos. eod. l. ult. & pen. C. de donat. ant. nupt. Ita tamen ut & dos augeatur. Donatio enim propter nuptias doti est exæquata. Auth. de æqual. dot. Argumentum est ex paribus.

AXIOMATA TIT. VII.

Humanitus aliiquid alicui contingere, mortem figura. l. Publia. 26. Deposit. Nihil enim tam humantum quam mori. l. in vulgar. 162. De verb. signif.

Qui suas res in alios contulerint, non debentur ab his quædam pati iniuriam uel laetitiam. §. sciendum. eod.

Nomina debent rebus esse consequentia. §. sed eos. eod.

Pessimū exemplo & innidia plenum, remedio est tel lenduni. §. erat. eod.

Libertatis fons maximus est. §. fin. eod.

Q VIBVS ALIENARE LICET
uel non. Tit. VIII.*Quid nunc sequitur?*

Hactenus de acquirendis rebus: nunc de earundem alienatione. Totū enim ius consistit

sistit in acquirendo, conseruando & alienando. l.fin. De legib. Tres itaque hic personæ considerandæ sunt, Maritus, Créditor & Pupilus. Et à Triboniano duo paradoxæ hic proponuntur, quod dominus non possit alienare: non autem dominus, possit.

I. Quid de Marito iuris est?

Maritus dotale prædium alienare nō potest, etsi dominus dotis sit. Instit. eod. in prin. I.j.ca. §. & cum lex Iulia. C. de rei uxori. act. Stat. Norimb. tit. 28. l. 4. Stat. Friburg. tract. 3. tit. 2.l. 7.

Obiectio.

Fauori pro se introducto renunciare uniuersis licitum est. l. pen. C. de past.

At ne maritus possit dotale prædium alienare, in fauorem mulieris est introductum.

Illi igitur fauori mulier renunciare potest.

Reffonfio.

Quod fauore dotis introductum est, ei renunciare mulier non potest.

At ne maritus dotem possit alienare, fauore dotis introductum est. l.j. Sol. matr. & ne fragilitas mulieris in perniciem substantia convertatur.

Mulier ergo renunciare non potest.

Quid de Creditore?

Créditor pignus distrahere potest. §. contra.

tra. Instit. eod. l. plebs. 238. §. pignus. De uerb. signif.

Obiectio.

Is potest alienare qui est dominus.

At creditor pignoris dominus non est.

Creditor igitur pignoris alienare nō potest. l. nemo plus iuris. 54. De reg. iur.

Reffonfio.

Voluntate debitoris potest pignus alienari.

At pactione de uendendo pignore, voluntas debitoris apparèt.

Ex pactione igitur debitoris, pignus potest alienari.

I.I. Potest' ne debitor pacisci ut creditor pignus habeat loco debiti?

Non potest. Nam,

Pactum legis commissorix (Das das pfande solle verstanden sein) in pignoribus reprobatum est, tanquam captiosum. l. fin. C. de past. Stat. Frib. tract. 2. tit. §. l. 14.

At pacisci ut creditor pignus habeat loco debiti, est actum legis commissorix.

Sic ergo pacisci est reprobatum.

Quis est modus seu forma distrahendi pignus?

Si in pactione cautum est quemadmodū debeat distrahi, id obseruabitur: sin minus,

ex denunciatione post biennium creditor uendere potest. §. sed ne creditores. Instit. eod.l.fin. C. de iur.dom. impetr.l. si conuerterit. De pign.act.

I I I. *Quid de pupillo?*

Pupillus sine autoritate tutoris nihil alienare potest. §. nunc admonendi. Instit. eod. l.pupillus. De uerb.signif.& De reg.iur. Nec obstat regula, in re sua quilibet est moderator & arbiter. l. in re mandata. C. mandati. Hoc enim specialiter introductum est propter fragilitatem pupillaris aetatis.

Quid igitur iuris est, si pupillus mutuat?

Si nummi extant, uendicantur: si consumpti bona fide, condicuntur, id est, petuntur condicione certi: si mala, ad exhibendum agitur. d. §. nunc admonendi.

Quid autem iuris est si pupillo detur?

Pupillo recte datur ut res accipientis fiat: non tamen ut debitor liberetur: itaq; debitor soluēs pupillo de securitate prospiciat. §. at ex contrario.eod.

Quot sunt securitates debitoris pupillo soluentis?

Tres. I. Plena, si pupillus adhuc saluam ha-

habet pecuniam aut ex ea locupletior factus est. Tum enim eandem summam pertens, exceptione dolii mali submovebitur. §. fin autem aliter. eo d.l. eum qui. C. de usucap. pro empt. II. Plenior, si soluat auctoritate tutoris. §. ideoq; eod. III. Plenissima, si iudiciale sententia celebrata soluat. §. sed hoc etiam. eod. l. sancimus. C. de admin. tuto.

P B R Q V A S P E R S O N A S C V I Q' V E
acquiritur. Tit. IX.

Quid nunc sequitur?

Hactenus dictum est quomodo per nos metipso acquiramus: nunc quomodo per alios, ut per liberos & procuratores. Instit. eod.in prin.l.10. De acq.rer.dom:

Quomodo per liberos?

Quicquid liberis in potestate constitutis ex re parentis prouenit, id totum parenti acquiritur: ut ex peculio profectitio.

Nam,

Quod ex patris occasione profectum est, ad eum reuerti debet.

At peculium profectum ex patris occasione profectum est.

Ergo ad patrem reuerti debet.

*Quæ nam igitur inuidia est id ad eum
reuerteri?*

Quod autem ex alia causa, id est, extra rem patris, filius fam. acquirit: huius usum fructu pater habet, dominium filius: exceptis castrenisibus peculijs. §. igitur. cum seqq. eod. l. cum oportet. §. hoc quoq; C. de bon. quæ lib. In bonis autem filij emancipati aduentitijs pater dimidiam partem ususfructus retinet. §. hoc quoq; eod. l. j. & 2. C. de bon. mat. Vide Stat. Frib. tit. 3. tract. 3. §. 14.

Quid est Peculium?

Peculium priscis erat particula quædam gregis (unde etiam nomen est) quod patres suis filiis, domini sui seruis industriae exercendæ causa concedebant. Nunc uero summa quædam est pecuniaæ, eadem de causa concessa & à paternis dominicisque rationib; seiuncta.

Quottuplex est Peculium?

Duplex. Paganicum & Militare: ut colligitur ex l. fin. C. de inoff. test.

Quottuplex est Paganicum?

Duplex. Profectitium, quod ex re patris ad filium proficiscitur: & Aduenticiū, quod aliunde consequitur.

Quot-

Quottuplex est Militare?

Duplex. Castrense, quo d filius fam. militiae armate causa tum in castris, tum alibi est adeptus: & Quasi castrense quod in togata militia parauit, ueluti opera forei aut professione artium. In his duobus proprietas & ususfructus ad filium pertinet.

Quomodo acquirimus per procuratores?

Per extraneam personā, id est, nostræ potestati non subiectam, nil acquiri potest: excepto procuratore. Per hunc enim acquirimus possessionem & per hanc dominium aut uelutacionē. §. ex his. eod. l. j. C. per quas perso. l. j. l. possessio. §. fin. De acq. poss.

Quid nunc sequitur?

Hactenus de rerum singularium acquisitione; nunc de rerum uniuersalium acquisitione. §. hactenus. eod.

Quot ex causis acquiruntur res universales?

Duabus. Per Successionem & Arrogationem.

Quottuplex est Successio?

Duplex. Vna Ciuilis, quæ propriè Haereditas dicitur, Ein Erbschafft. Altera Prætoria, quæ Bonorum possessio dicitur, Ein satz.

e 3 Quid

Quid est Hæreditas?

Est successio in uniuersum ius quod defunctus habuit tempore mortis. I. hæreditas. 62. I. in pari. 128. De reg. iur. I. nihil. 24. De uerb. sign. Vnde hæres eiusdem iuris est, cuius fuit defunctus. I. hæredem. 59. I. qui in ius. 176. c. is qui. 46. inuitus. 156. 6. cum quis. I. qui per. 194. De reg. iur.

Quotuplex est hereditas?

Duplex. Testamentaria, quæ datur ex testamento: & Legitima, quæ datur ab intestato.

De qua'nam prius est uidendum?

De Testamentaria. Nam quamdiu hæreditas ex testamento adiri potest, ab intestato hæres nō admittitur. I. quamdiu. De acq. uel omit. hæred. Sicut enim in contractibus ante omnia inspiciendum est quid sit actū. I. semper in stipulationibus. 34. De reg. ita & in successionibus prius de facto, quam de iure queritur. Ideoq; prima causa est eorum qui testamento sunt instituti.

DE TESTAMENTIS.

Tit. X.

Quid est Testamentum?

Est voluntatis nostræ iusta sententia de eo quod

quod quis post mortem suam fieri uelit. I. j. Qui test. fac. poss.

Vnde dicitur Testamentum?

A' testimonio mentis, Instit. eod. in prin. Gell. lib. 6. ca. 12. & lib. 15. ca. 27.

Quo' nam fuerunt olim eius generat?

Duo: Ciuiile & Praetorium.

Quotuplex erat Ciuiile?

Triplex. Fiebat enim uel calatis Comitijs, in versame ter gemeit: uel in procinetu, uel peræs & libram.

Quale'nam erat prætorium?

Quo septem testium signa requirebantur. s. sed prædicta. eod.

Quot sunt hodie testamentorum genera?

Duo. Vnum quo hæreditas dari aut adi- mi potest: alterum quo non potest, ut Codicillus. I. Scæuola. 76. Ad S.C. Treb. s. codicillis. J. De codic.

Quotuplex est prius illud?

Duplex, Paganicū seu solene & Militare.

Quid est Paganicum?

Quod à paganis extra militiam fix; estque Scriptum aut Nuncupatiuum.

*Quid est scriptum Testamen-
tum?*

Quo hæredis nomen scribitur: quodque septem testium subscriptionibus & signaculis uno contextu celebratū est. §. sed cum paulatim. eod.l.hac cōsultissima. l. cum antiquitas.l.iubemus. C.eod.

Quid est Nuncupatum?

Quo hæredis nomen nuncupatur, septem testibus præsentibus. §. fin. eod.

*Qui nam possunt testes adhiberi te-
stamento?*

Omnes cum quibus testamenti factio est, §. testes, eod.l.20. Qui test. fac. poss. Item qui alieno negotio adhibentur. §. pater. eod. l. pater. De testib. Et qui non iuris, sed rei tantum successores sunt. §. legatarijs. eod. l. qui testamento. Qui test. fac. poss. Vide constitutionem D. Maximiliani I. de officio tabellionum, quam promulgauit Coloniæ anno 1512. Stat.Nor.tit.29.l.j.Stat.Frib.Tit.5.

AXIOMATA. TIT. X.

Historia antiquitatis nō debet penitus ignorari. Instit. eod. in prin.

Solennitates testamentorum iam anxiè conceptæ sunt, pro-

propter eorundem sinceritatem, ut nulla fraus adhiberetur. §. sed his omnibus. eod.

Alieno anno licet signare. d. § sed his omnib. in fin. Cōmunes error facitius & præfertur veritati. §. sed cū aliquis. eod.

Nihil nocet ex una domo plures testes alieno negotio adhiberi. §. pater. eod.

Reprobatur domesticum testimonium. §. sed si filius. fam. eod.

In suo negotio nemo potest testimonium dicere. §. sed neg. eod.

Innumerabiles causæ humanis necessitatibus immi-
nent. §. penul. eod.

DE MILITARI TESTAMENTO.

to. Tit. XI.

Quid est Testamentum militare?

Quod à militibus in castris fit. Estq; pri-
uilegium testamentum. Nam supradicta
diligens obseruatio militibus (propter imperi-
um eorum) remissa est per principes
Iulium, Titum, Domitianum, Neruam, Tra-
ianum. l.j. eod. & Instit. eod. in prin. Arma e-
nim magis, quam iura scire milites existi-
mantur. l.fin. C. de iur. delib. Vide Zaf. con-
sil. 6. Tom. j. in Latinis & Consil. German. 4.
2. Timot. 2.

Habent' ne omnes milites hoc priuilegium?

Milites sunt armati aut togati. Armati milites rursus aut in castris degunt & in expeditione sunt; aut extra castra sunt.

Quomodo testantur qui sunt in castris & in expeditione?

Quoquomo^d eorum uoluntas suprema inueniatur, ualeat testamentum ex nuda eorum uoluntate. s. nam quamuis. eod. l. j. eod. l. pen. C. eod. Modò de uoluntate constet. Prius enim constare oportet testamentum esse factum. s. plane. eod. l. diuus. eod. Quin & ante expeditionem non iure factum testamentum in castris à milite confirmari potest: ualeatq; quasi ex noua uoluntate militis: quæ etiam capite diminuto milite, testamentum ante factum sustinet. s. sed et si. qd. l. tribunus. l. miles. 22. eod.

Quomodo testantur qui extra castra circa expeditionum necessitatem degunt?

Hi si sunt adhuc obstricti iure iurando (ut stationarij, præsidarij & limitanei milites) iure communi paganorum testari coguntur. s. illis. eod. Idem est si missi sint, ut veterani & alij. Nam & hi communi iure testari debent;

bent: sed testamentum in castris factum, intra annum tantū ualeat. s. sed haec tenus. eod. L. 21. & 38. eod.

Quomodo testari possunt milites Togati?

Milites togati (ut assessores, aduocati, magistratus) de peculio quasi castrensi iure communi testari debent. s. sciendum. eod. l. fin. C. de inoff. testa. Atq; hæc de Speciebus testamenti: sequitur ut dicamus quædam de iure testamentorum.

Quot sunt confid. in iure Testatorum?

Tria. Personæ, Infirmatio, Res.

DE PERSONIS.

Quæ nam personæ sunt præcipue in testamento?

Testator, & Hæredes.

Q V I B V S N O N E S T P E R M I S-

sum facere testamentum.

Tit. XII.

Quid est Testator?

Qui testamentū facit & hæredes instituit.

Licet' ne

Licet' ne omnibus testamentum facere?

Non licet. Prohibentur enim primò illi quibus obstat potestas aliena, ut filii famili. Instit. eod. in prin. l. qui in potestate. De testa. l. nemo. C. eod. Etiam si parētes illis permetterent. Quia testamentum non deberet in alienum arbitrium conferri. l. illa institutio. De hæred. institut. Filius fam. tamen de castrenis & quasi castrenis. recte testatur.

Quot fuit notae singulares horum peculiorum?

Quatuor. Nam I. pertinent ad hæredes à testato, uel ad liberos ab intestato: & his non extantibus ad fratres & parētes. Auth. de hæred. ab intest. uen. II. Pater filio hęc adimere non potest. III. A' paternis creditorib. inquietari nō possunt. IV. Mortuo patre nō cōferūtur. *Werden mit eingeschlossen, oder eingeworfen.* §. itaq;. Instit. eod. Vide Statut. Norimb. l. 5. tit. 29.

Qui nam præterea prohibentur testari?

Secundò testari non possunt quibus obstat uitium animi uel corporis. Ob uitium mētis prohibentur impubes, furiosus, mentecaptus, prodigus. §. præterea. cum seqq. eod. l. furiosum. C. eod. l. is cuilege. eod. Ob uitium

uitium corporis prohibentur, surdus, mutus & cœcus: nisi secundum solennitatem testetur: quæ est in l. hæc consultissima. C. de testa. §. item surdus. cum seqq. Instit. eod. l. qui in potestate. De testa. l. discretis. C. qui test. fac. poss. Vide Statut. Norimb. tit. 29. l. 2. Stat. Frib. tract. 3. tit. 5.

Qui nam præterea testari nequeunt?

Capti ab hostibus. §. fin. eod. Atq; hæc de Testatore. Sequitur de Hæredibus, hoc est quottuplices sunt & quottuplex eorum sit institutio.

AXIOMATA. TIT. XII.

Quod ab initio nullum est, ex post facto non confitetur. l. quæ ab initio, l. omnia, c. non firmatur.
De reg. iur. §. itaq; in fi. Inst. eod. Et ecōtra: Res legitime facta (etiam si ad eum casum veniat, à quo initium sumere nō potuit) nequicquam irritatur. §. item prodigus. eod.

Craniora sunt mentis mala quam corporis. Qui enim animo laborant, penitus testari prohibentur: qui corpore, non penitus.

Priuatio non facit testamentum.

Captus ab hostibus, fingitur per l. Corneliam hora capiuitatis preambula & sic in libertate decessisse. fe. §. fin. eod.

DE EXHAEREDATIONE LIBERORUM.
Tit. XIII.

Quotduplices sunt heredes?

Duplices. Sui aut Extranei.

Qui nam sunt Sui heredes?

Sunt domestici hæredes & qui uirgo quoque patre quodammodo domini existimantur, ut Liberi. Vnde si quis intestatus moriatur, prima causa in successione est liberorum. §. sui autem. j. De hæred. qual. l. i. §. j. De suis & legit. l. in suis. De lib. & posth. Itaque; si quis testari uelit, siue paganus siue miles, necesse est ut liberos suos aut hæredes instituat, aut certa ex causa exhaeredet. Instit. de exhær. lib. in prin. Authen. ex causa. C. de lib. præt. Alioqui locus est querelæ in officio testamenti.

Quos nam intelligi liberos?

Omnes utriusque sexus & suos & emancipatos: & natos, & nascituros seu posthūmos: item tam naturales quam adoptiuos: & tam filios quam nepotes, id est, omnes descendentes liborum. 220. l. cognoscere. 56. De uerb. signif.

DE HÆREDIBVS INSTITUENDIS.
Tit. XIV.

Quotduplex est heredum institutio?

Duplex. Una propriè Institutio dicitur, altera Substitutio.

Quid est Institutio?

Est hæredis designatio, primo gradu facta. Erbsatzung.

Quot sunt in ea considi?

Tria. 1. Numerus hæredum. 2. Divisio hæreditatis. 3. Forma instituendi.

Quot hæredes possunt instituiri?

Potest quis & unam hominem & quotquis uelit hæredes facere. §. seruus. eod.

Quomodo dividitur hæreditas?

In X I I. partes, quæ vocantur unciae. §. hæreditas. eod. l. seruū meū. 50. §. fin. eod.

Semper ne x i i. uncias esse operatur?

Nōn. Nam tot unciae assēm efficiunt, quot testator uoluerit. Itaque institutus ex parte, non dato cohærede, habet totum. Neque enim idem ex parte testatus, & ex parte integratus

status decedere potest: nisi sit miles, cuius sola uoluntas in testando spectatur. §. non autem eod.l.ius nostrū. 7. De reg.iur. Et sic si testator uni semissem, alteri quadrante attribuerit: sextans semissi, uncia quadranti adiungeretur.

oooooo: semis.	oo. sextans.
ooo: quadrans.	o. uncia.

Semper' ne partium aſſis distributio necessaria est:

Non est, nisi testator nolit hæredes ex æquis partibus hæredes esse. Nam nullis partibus nominatis, ex æquis partibus hæredes erunt, so viel mund, so viel pfundt. §. si plures.eod.

Quæ nam fuit partes aſſis?

Vncia.	$\frac{1}{2}$	o.
Sextans	$\frac{2}{6}$	uel $\frac{1}{6}$ oo
Quadrans	$\frac{3}{12}$	uel $\frac{1}{4}$ ooo
Triens	$\frac{4}{12}$	uel $\frac{1}{3}$ oooo
Quincunx	$\frac{5}{12}$	ooooo
Semis	$\frac{6}{12}$	uel $\frac{1}{2}$ oooooo
Septunx	$\frac{7}{12}$.ooooooo
Bes	$\frac{8}{12}$	uel $\frac{2}{3}$ oooooooo
Dodrans	$\frac{9}{12}$	uel $\frac{3}{4}$ oooooooo
Dextans	$\frac{10}{12}$	uel $\frac{5}{6}$ ooooooooo
Deunax	$\frac{11}{12}$	ooooooooooo
Aſſ.	$\frac{12}{12}$	uel $\frac{1}{1}$ ooooooooooooo

Si

Non sunt: æquæ intelliguntur.

Si par-
tes no-
mina-
tæ &
ex-
pref-
ſæ

Sunt in personis

Quo-
rundā
& as-
com-
ple-
tuſ

Eſt : ij qui
partes ex-
preſſas

Non eſt: is qui ſine parte nomi-
natus eſt, hæres eſt ex reliqua
parte. I.

Haben, in di-
midaſt partē uo-
cantur. II.

Non habent, in
alteram dimi-
daſt uocātur.

Omnium:
rum pars ua-
cans, hære-
dibus

Accreſcit, ſi pauciores
hæredes ſcripti ſint.
III.

Decreſcit, ſi plures hæ-
redes ſcripti ſint.
III.

I. Titius ex quadrante: Mœbius ex quin-
cunce hæredes funto. Cornelius & Lælius
hæredes funto: horum uterque ſextantem
obtinebit.

Titius. 3. ooo

Mœbius 5. ooooo

Cornel. 2. $\frac{5}{2}$ oo

Lælius 2. oo

f II. T.

I I. Tiriū ex semisse: Mæuius ex semisse
hæredes sunto. Cornelius & Lælius hære-
des sunto. Vnusquisq; illorum 4 hæredum,
quadrante in obtinebit: & sic qui partes ex-
pressas non habent, semissem alijs derraher-
& inter se diuident.

Titius	6.	000		000
Mænius.	6.	000		000.
Cornel.				
Lælius.				

III. Titius ex quadrante : Mænius ex quadrante : Lælius ex quadrante hæredes sunt.

Titius. 3. 000. 0
Mexius 3. 000. 0
Laius. 3. 000. 0

III. Titius ex triente: Mælius ex triente: Lælius ex triente: Cornelius ex triente hæredes sunto.

Titius.	4.	000	0
Maxius	4.	000	0
Lalius	4.	000	0
Cornel.	4.	000	0

Item. Titius ex asse: Mæuius ex semisse
hæredes sunt.

Titius 12. } Hic habebit } Titius beDEM. 8.
 Maius 6. } Maius. 4.
 Nam sicut se habent 12 ad 6; ita 8 ad 4.

Si plures unciæ quām duodecim distri-
butæ sint:is qui sine parte institutus est, ha-
bebit quod dupondio deest. Ut: Titius ex
besse, Mæuius ex semiſſe hæredes funto:
Cornelius hæres esto. Duos asses testator
fecit & indefinita pars seu reliquum debe-
bitur Cornelio.

Titius	8.	0000	{	0000
Manlius	6.	000.		000
Cornelius	10.	00000		00000

Sed res ita ad unum assem reuocabitur, ut
Titius trientem, Mæuius quadrantem, Cor-
nelius quincuncem accipiat.

Titius.	4.	0000.
Mænius	3.	000
Cornel.	5.	00000

*Quæ'nam forma instituendi ha-
redemē*

Institutio debet fieri purè aut sub condizione possibili. §. hæres. eod. I. hæreditas. 34. eod. Nam impossibilis conditio pro nō scripta haberur. §. impossibilis. eod. I. impossibilium. 185. l. ea quæ dari. 135. c. nemo. De reg. iur. l. j. De condit. instit. Idq; fauore ultimarum uoluntatū receptum est, ut exi- tum fortiantur: secus est in contractibus. §. si impossibilis. j. De inut. stipul. Non autem

poteſt fieri iuſtituſio ex certo tempore aut ad certum tempus. d. g. hæres. Quia ut nemo pro parte bonorum iuſtestatus & pro parte testatus deceſſere poſteſt, niſi ſit miles: ita nec pro parte temporis. Itaq; uitio tempo- ris adieciſt ſublato, iuſtituſio pro pura habe- tur. d. g. hæres. Atq; hæc de iuſtitutione.

AXIOMATA. TIT. XIII.

Nondum adita hereditas (qua & iacens dicitur) per- fons defuncti uicem ſuſinet. g. feruſ. eod. Non poſteſt idem ex parte testatus & ex parte iuſteſta- tuts deceſſere. g. non autem. eod. l. ius noſtrum. 7. De reg. iur.

DE VVLGARI SVBSTITUTIO- ne. Von gemeiner aſſen, oder nacher- ſatzung. Tit. XV.

Quid est Substitutio?

Est iuſtituſio hæredis, ſecundo uel ul- tioſe gradu facta. Poſteſt enim quis in teſta- mento ſuo plures gradus hæredum facere. Inſtit. eod. in prin. l. poſteſt. 36. eod.

Quottuplex eſt

Duplex. Directa & Obliqua ſeu fideicom- missaria.

*Quid**Quid eſt Substitutio directa?*

Per quam ſubstitutus directo & ſine mini- ſterio alterius hæreditatem alterius capit. Ut cum dicitur, hæres eſto. Et hæc in teſta- mento ſolo ualeat: non in codicillis, aut alijs ultimis uoluntatibus.

Quottuplex eſt directa ſuſti- tutio?

Duplex. Vulgaris aut Pupillaris.

Quid eſt Vulgaris?

Quæ à quolibet teſtamenti factionem ha- bente, cui libet capaci uerbiſ apertiſ & uul- garib⁹ directo in caſum non acquisitæ hæ- reditatis fieri poſteſt. Ut ſi Titius hæres non erit, Seius hæres eſto. Vide Stat. Norimb. tit. 30. l. j.

AXIOMATA TIT. XV.

Poſteſt quis in ſuo teſtamento plures gradus hære- dum facere. Teſtator in ſubstitutione uidetur eas partes dediſſe, quaſ in iuſtitutione exprefſiſt. g. etiā. eod. l. ſi plu- res. 24. & 1. 5. eod. l. j. C. eod. Quoniam teſtator quem iuſtituendo p̄dilexit, cum etiam ſuſti- tuendo p̄dilexiſt uidetur.

VI:

	Lucius ex uncia.		
Instituti & insi cē sub stituti funto	Titius ex besse, id est, ex oīto uncijis.		
	Sempronius ex quadrante, id est, tribus uncijis. Hoc repudiantē, quadrans di- uidetur in nouem par- tes, &		
	<table border="1"> <tr> <td style="padding-right: 20px;">Lucio cedet uncia.</td> <td>Titio dabitur bes, id est, oī- to partes.</td> </tr> </table>	Lucio cedet uncia.	Titio dabitur bes, id est, oī- to partes.
Lucio cedet uncia.	Titio dabitur bes, id est, oī- to partes.		

DE PUPILLARI S V B S T I T U T I O -
ne. Von affierberfatzung die den kinden ge-
schicht. Tit. X VI.

Quid est substitutio Pupillaris?

Cum pater liberis substituit.

Quottuplex est?

Duplex. Vetus & Iustinianea.

Quid est Vetus?

Cum pater liberis impuberibus substituit
in casum acquisitę hæreditatis & mortis in-
tra tempora pubertatis. Instit. eod. in prin.
Consuetudine enim institutum est ut cum
eius ætatis sunt liberi, in qua ipsi sibi testa-
mentum facere non possunt, parentes eis fa-
ciant;

ciant: si modò ipsi prius testati sunt. §. i. & §.
liberis. Instit. eod. l. 2. ff. eod. Nam pupillare
testamentum pars est & appendicula pater-
ni testamenti, adeò ut si patris testamētum
non ualeat, nec filij quidem ualebit. d. §. li-
beris. & l. cum principalis. 178. De reg. iur.
Itaq; duo sunt testamenta quoad hæredita-
tes: sed unum quoad solennitatem. §. i. igitur.
eod. l. patris. 20. eod. Vide Statut. Norimb.
tit. 30. l. 2.

Quando evanescit pupillaris?

Pubertate. §. masculo. eod. d. l. 2. eod.

*Quid est Iustinianea seu quasi pu-
pillaris?*

Est substitutio à Iustiniano introducta,
qua pater substituit liberis furiosis. §. qua ra-
tione. eod. l. humanitatis. C. de impi. & ad.
substit. Quæ etiam Exemplaris dicitur, quia
ad exemplum pupillaris substitutionis in-
troducta est. Vide Stat. Nor. tit. 30. l. 3.

*Quando expirat quasi pupil-
laris?*

Si resipuerint liberi. d. §. qua ratione. & l.
ex facto. 43. eod.

*Quid est obliqua seu fideicommissaria
substitutio?*

Per quam substitutus hæreditatem ex ma-

nu alterius & sicutia obliqua capi. Vt Titius restituat hæreditatem Seio: & sic potest etiam extraneo & filio puberi substitui. §. fin. eod.i.si frater. De fideicom. Atque haec tenus de suis hæredibus.

Quid nam sunt extranei hæredes?

Qui testatoris iuri subiecti non sunt. s. ceteri. De hæred. qual.

Quot habent hi beneficia?

Duo. Vnum deliberandi, alterum inueniari.

Quid est beneficium deliberandi?

Est potestas extraneis hæredibus data de adeunda hæreditate. §. extraneis. De hæred. qual.

Quod nam est tempus deliberandi?

Annus.l.scimus. s. sed quia quidam. C. de iur.delib. Stat.Nor.tit.29.l.16.

Sed si quis se immiscuerit, nulla ne amplius facultas est hæreditatis relinquendæ?

Nulla est, sed in solidum tenetur omnibus creditoribus & legatariis: etiam si excedant mensuram hæreditatis: nisi succurratur illi per beneficium restitutionis in integrum.

Quot-

Quattuplex est illud:

Triplex. Primum competit minoribus. Secundum maioribus ob grande æs alienū emergēs. Tertium militibus. d. §. extraneis. cum leqq. De hæred. qual.

*Quid est Inuentarium seu repertorium seu
αναγεφύ?*

Est descriptio bonorum defuncti, citatis quorum interest. Eius beneficium est quod hæres in tantum tenetur, quantum ualent bona defuncti. s. sed nostra. eod. d. l. scimus. C. de iur. delib.

Quomodo fit Inuentarium?

Hodie sufficit secundum consuetudinem locorum & Notariorum fieri. Vide constitutionem Caroli V. anno 1541. editam: & Stat. Norimb. tit. 38. Stat. Frib. tract. 3. tit. 10. Atq; haec tenus de Personis.

*Q V I B V S M O D I S I N F I R M E T V R
testamentum. In was fällen die auffgerichten
testament vntreffig werden.*

Tit. XVII.

*Quot modis infirmantur testa-
menta?*

Duobus. Iure ipso, uel Officio iudicis.

f 5

Quæ-

*Quæ nam infirmantur ipso iure?
Quæ dicuntur erupta aut irrita.*

*Quomodo rumpitur testamen-
tum?*

Cum in eodem statu manente testatore, testamenti ius uictiatur uel agnitione sui hæreditis. s. j. eod. uel posteriore testamēto perfecto. Nam tabulae priores iure factæ, non fiunt irritæ sola uoluntate testatoris, nisi sequentes iure ordinatæ & perfectæ fuerint. Nam imperfectum testamentum sine dubio nullum est. s. posteriore. s. ex eo. eod. l. 2. De iniust. rup. l. nihil tam naturale. 35. De reg. iur. l. sancimus. C. de testam. Adeo ut princeps quoque ex scriptura cui autoritas desit, nihil consequatur. s. fin. eod. l. ex imperfecto. C. de testa. Licet enim princeps legibus solutus sit. l. princeps. De ll. attamen legibus uiuit. l. digna uox. C. de ll. l. 23. De legat. 3. Idem respōdit D. Augustinus: si Deus, id est, ecclesia instituatur. Qui uult Deum instituere hæredem, filium uero ex hæredare: alium quærat pro consilio, non Augustinum. c. quicunq;. 17. q. 4. Vide Stat. Norimb. tit. 29. l. 14. Stat. Frib. tract. 3. tit. 5. fol. 70. & 71.

*Quomodo fit testamentum irritum?
Per capitis diminutionem. s. alio autem.
Nisi*

Nisi testator ante mortem suam fit restitu-
tus. s. non tamen. eod.

AXIOMATA. TIT. X VII.

Posteriore testamento quod iure perfectum est, superius rumpitur. s. posteriore. eod. Nam uoluntas hominis est ambulatoria usque ad extremum uitæ spiritum. l. 4. De adiumentis legatis: & suprema uoluntas potior habetur. Nemo enim sibi eam potest legem dicere, ut à priore recedere ei non licet. l. si quis. 22. De legat. 3. Stat. Norimb. tit. 29. l. 12.

Primi testamentum per posterius confirmari potest. s. sed & si. eod. l. si quis. 29. Ad Trebell.

Commodius est singulas causas singulis appellationibus distingui. s. hoc autem. eod.

Imperfectum testamentum sine dubio nullum est. s. ex eo. in fin. eod.

Princeps licet legibus solutus sit, attamen legibus nivere debet. s. fin. in fin. eod. Dignatio est maiestate regnantis, legibus alligatum se principem profiteri: adeo de autoritate iuris nostra pendet autoritas. Et reuera maius imperio est, summitatem legibus principatum: & oraculo præsentis editi, quod nobis licere non patimur, alijs indicamus. l. digna uox. C. de ll.

DE INOFFICIOSO TESTAMENTO.
*Von testamenten so wider schuldige
 treūn vnd gebür auffgericht.
 Tit. XVIII.*

Quomodo infirmatur testamentum officio iudicis?

Per querelam inofficiosi testamēti, quod est subsidiarium remedium, quo petitur à iudece ut testamentum quasi contra pietatis officium scriptum, ex officio suo rescindat. Hic tria sunt confid. Ex qua causa, Quibus, & Quando competit.

Ex qua causa competit?

Cum exhæredatio sine causa est. Institut. eod. in prin. l. 2. ff. eod. Hodie sufficit probare causam exhæredationis non esse ueram. Bartol. l. 5. ff. eod.

Quibus competit?

I. Liberis. Sed hodie posthumī ordinariū ius habent: quia non possunt exhæredi. I. si quis in suo. §. legis. C. eod. II. Parentibus. §. non aut̄. eod. I. j. ff. eod. III. Fratribus & sororibus, turpibus personis scriptis. §. soror. eod. I. fratres. C. eod. Stat. Nor. tit. 29. l. 8.

Quan-

Quando competit his personis?

Cum nullo alio iure ad defuncti bona uenire possunt. §. tam autem. eod. l. penul. C. de adopt. Nam ei qui communi auxilio & merito iure uti potest, non debet tribui subsidiarium auxiliū. l. in causæ. 16. De minor. Cum igitur illis nihil omnino relictum est, aut nō institutionis honorabili tirulo, sed uel legati, uel alio modo, querelæ locus est. Si uero honorabili titulo iure institutionis illis relictum quid est, sed minus legitima: ad supplementum agunt. §. sed hæc ita. cum seq. Institut. eod. l. omnimodo. l. scimus. C. eod. §. aliud quoq;. Authen. Ut cum de appell. cognos. Est autem legitima hodie tertia pars si fint 4. liberi uel pauciores: si plures, dimidia. Authen. de triente & semisse. Authen. nouissima. C. eod. Stat. Norimb. tit. 29. l. 3. Statut. Frib. tit. 3. tract. 3. §. 7. Hinc uerficus ille:

Quatuor aut infra, dant natis iura trientem:

Semifem uero dant natis quinq; uel ultra.

Atq; haec tenus de Personis & Infirmatione testamentorum: sequitur tertia pars de Rebus testamento relinquuntur uel directo uel obliquè: directo relinquuntur res uel universæ (ut hæreditas, de qua haec tenus) uel singulares, ut Legata.

DE LEGATIS. Tit. XX.

Quid est Legatum?

Et donatio quædam à defuncto relicta, ab hæredi præstanda. §. i. eod. l. legatum. 36. De leg. 21. n. 6. De leg. j. Et hodie omnium legatorum est una natura, fideicommissis ex aquata. l. j. & 2. C. commu. de legat. l. j. De leg. j.

Quot sunt considerand. in Legatis?

Tria. Personæ, Res, Actiones.

Quot actiones competit pro Legatis?

Tres. Personalis ex testamēto, In rem seu rei uendicatio, & Hypothecaria seu utilis Seruiana. §. nostra autem. eod.

Quæ nam res possunt legari?

Omnis illæ de quibus uersiculus iste noster,


Res propria atq; aliena, atq; obligat atq; futura.

grex ad datur

Debita, dotalis, grex, corporis, atq; peculi,

Action, facta, genus: cuncta hæc legantur et opta.

Le



non solum. eod. Valetque tale legatum esti taftator alienam aut legatarij putauit. §. si quis. eod.

I I. Res aliena: modò sit in commercio & defunctus eam alienam esse sciuerit. d. §. non solum. cum seq. eod. l. cum seruus. 39. §. sed si talis. §. fin. cum l. seq. De leg. j. l. cum alienam. C. eod. Stat. Norimb. tit. 31. l. 5. Et neque legatarij sit. §. sed si rem. eod. l. proprias. C. eod. neq; legatarius eam sit iam adeptus lucrativo titulo. Nam duæ lucrativæ cause, in eundem hominem & eandem rem concurre non possunt. §. si res aliena. eod. l. omnes. l. ex promissione. De action. Quod si titulo oneroso eam sit adeptus, rectè adhuc agere potest. §. si cui. eod. l. non quo cunque. 82. §. fundus. De leg. j.

I I I. Res obligata. §. sed & si. eod. l. si res obligata. 57. De leg. j. Stat. Nor. d. l. 5.

III. Res futura. §. ea quoq; res. eod. l. qd in rerū. 24. De leg. j. l. etiā ea. 17. De leg. 3.

V. Res debita, quam aut creditor aut debitor legat. Creditor debitori uel liberacionem legat (& tum debitor duplex beneficium habet, unum ad excipiendū, alterum ad petendum ut hæres eum liberet per accettationem, quæ comparatur solutioni. §. si quis debitori. eod. & ff. toto tit. De lib. legat.

gar. præfertim. l. non solum. 7. Vide I. liberationis. 47. De uerb. signif.) uell laxiorem solutionis terminum. l. non solum. 8. De lib. legar. Si uerò debitor creditori debitum legat, utile est, si uel plus in legato sit uel repræsentetur. §. ex contrario. eod. l. legaui. 25. §. fin. De liber. legat.

Quid est Repræsentatio?

Est præsens solutio eius quod in diem uel sub conditione debetur. Hæc igitur repræsentatio facit ut plus sit in legato, quam in debito. Id enim lucratur creditor, quod statim accipit id quod post certū tempus, aut etiam nunquam daretur, si forte conditio non extitisset. Hinc Cicero repræsentare diem promissi dixit ad Tironē, id est, quod in diem promissum est, præsens exoluere & solutionis tempus anticipare. Et lib. 5. epist. 16. eodem uerbo usus est. Sic & Cæsar lib. 1. belli Gall. se, quod in longiorem diem collaturus esset, repræsentaturum dixit.

Quid si uiuo testatore dies uenerit aut conditione extiterit?

Nihilominus utile est legatum, ut scribit Papinianus. in l. uerbis. Ad Falcid.

Obiectio.

Legatum quod in eam causam peruenit, à qua incepere non potest: extinguitur.

At legatū debiti sub die aut conditione: cuius die
aut conditio extitit viuo testatore: in eam cau-
sam peruenit à qua incipere non potest: quia in
legato non plus est, quam in debito.

Legatum igitur tale est extinctum, ut uult Paulus
in l.82. Delegat 2.

Solutio.

Quod initium sine vitio cepit, id statum eventus
capit. I. omnia. 201. De reg. iur.

Atho legatum ab initio constitut.

Statum igitur eventus capit.

V I. Dos. §. sed si uxori. eod. l. si non desi-
gnata. C. de falso. cau. ad. leg. Dicitur autem
dos prælegata: ualeatq;.
Nam,

Cum plus est in legato quam in debito, ualeat le-
gatum.

At cum dos legatur plus est in legato quam in de-
bito: quia plenius est legatum quam de dote a-
ctio.

Dosis igitur legatum ualeat: modò certa dos lega-
ta sit, non simpliciter aut generaliter.

Nam,

Incertitudo viriat tam legata quam contractus;
At generale & simplex dosis legatum, est incer-
tum:

Id igitur inutile est.

VII. Corpus totū cum accessionibus,

ut

ur grex & domus. §. si grex. cum seq. eod. l.
grege. 21. cum seq. De leg. j.

VIII. Peculium. §. si peculium. eod. &
ff. tot. tit. De pec. leg.

IX. Res incorporeæ, ut actiones, serui-
tutes, alimenta. §. tam autem. eod. l. cætera.
41. De leg. j.

X. Facta: ut domum reficere. §. sed & ta-
le. eod.

XI. Genus: & in legato generis, electio
est legatarij. §. si generaliter. eod. l. si seruus.:
108. §. cum homo. De leg. j. In contractibus
autem est electio debitoris. l. plerunq; 10. in
fin. De iur. dot.

XII. Optio. §. optionis. eod. l. fin. C. cō-
mu. de leg. Atq; hæc de rebus: sequitur ut ui-
deamus quibus personis legari possit.

Quibus nam igitur potest legari?

Omnibus cum quibus est testamenti fa-
ctio. §. legari. eod. etiam incertæ personæ &
posthumo alieno. d. §. legari. cum seqq.

*Quænam præter supradicta, consideranda
sunt in legatis?*

I. Quod hodie & ante hæreditis institu-
tionem legari potest. §. & ante hæreditis. eod.
l. ambiguitates. C. de testa. & post hæreditis
& legatarij mortem. §. post mortem. eod. l. j.

C. ut act. ab hæred. & contra hæred. incip. l. scrupulosam. C. de contrah. & commit. sti-
pul. & pœnæ nomine. §. pœnæ. eod. ff. & C.
de his quæ pœn. nom. Adiçit autem pœna
3. modis. I. Dando, quod hæres tantum
solueret teneatur. II. Adimendo, quod pri-
uetur eius hæreditate. III. Transferen-
do, ut quod prælegaverat hæredi, leget al-
teri. §. fin. eod. l. ca. C. de his quæ pœn. nom.

I I I. Ius accrescendi quod est inter con-
iunctos. Nam res duobus coniunctim uel di-
fiunctim legata, dividitur inter eos, si ambo
perueniant ad legatum: si uero alter deficit,
totum ad collegatarium pertinet. §. si eadē.
eod. l. re cōiuncti. 89. De leg. 3. l. tripli. 142.
De uerb. signif. Stat. Norimb. tit. 3. l. 4. Stat.
Frib. tract. 3. tit. 5. pag. 68.

I I I. Dissentanea & adiuncta legatorū.
Dissentanea sunt 1. interitus rei legatae. 2. er-
ror. 3. alienatio. 4. ademptio. 5. translatio.
Quod ad primum attinet: si res legata sine
facto hæredis perierit, legatario decedit. §. si
res. eod. l. 26. §. j. De leg. j. Cum uero duæ res
coniunctim legantur & altera altera non ac-
cedit: tum una perempta, quæ reliqua est
debetur: si uero altera alterius accessio est,
principalis rei legato perempto, etiam ac-
cessoriæ legatum extinguitur. §. si quis an-
cillas.

cillas. eod. l. j. 3. 4. De pecul. leg. l. si ancilla.
cum seq. De leg. j. l. instrumenta. De fund.
instruct. l. cum principalis. 178. De reg. iur.
Quoad secundum: non omnis error lega-
tum uitiat. Nec enim nocet error in nomi-
ne. §. si quidem. eod. l. si in nomine. C. de te-
stam. nec in demonstratione. §. huic proxi-
ma. eod. l. demonstratio. 17. & l. falsa. 33. De
condit. & demonstr. nec denique circa cau-
ſæ adiectionem. §. longè. eod. d. l. demon-
stratio. §. quod autem. Quoad tertium: alie-
natio perimit legatum, si adimendi animo
facta sit. §. si rem suam. eod. l. fideicommis-
sa. 11. §. si rem suam. De leg. 3. l. 3. C. de le-
gat.

AXIOMATA. TIT. XX.

Defunctorum uoluntates adiuuandas sunt. l. legatum.
cod.

Non uerbis, sed uoluntatibus defunctorum fauendū
est. d. §. legatum.

In primis legum cunabulis, studiosis nulla introdu-
cenda est difficultas. §. sed ne in primis. eod.

Necessitas probandi incumbit semper illi qui agit. §.
& uerius. cod. l. qui accusare. C. de eden.

Dux lucrativæ causæ in eundem hominem & ean-
dem rem concurrere non possunt. §. si res alie-
na. cod.

g 3 Quod

Quod meum est, amplius meum fieri nō potest. §. sed si rem. eod l. proprias. C. eod.

Plus ualeat quod in ueritate est, quām quod in opinione §. si quis rem. eod.

Certo iudicio debet quis pro tutela sua posteritati cauere. §. rutor eod.

Nomina significandorum hominū gratia reperta sunt. §. si quidem in nomine. eod.

Testamenta uim ex iustificatione hæredis accipiunt, & ob id ueluti caput atq; fundamentum intelligitur totius testamenti, hæredis iustificatio. §. ante eod.

In ciuile est scripturæ ordinem quidem sequi, sparsi autem testatoris voluntatem. d. §. ante. eod. & l. 77 §. 12. De leg 2.

Libertas est re. fauor.abilis d. §. ante. & l. libertas. 122. De reg. iur.

Scrupulositas fugienda est. §. fin. eod.

Impossibilita, legibus interdicta, probrosa: in dispositionibus testamentorum non ualent. d. §. fin. d. l. jca. C. de his quæ pœn. nom.

DE ADEMPTIONE LEGATO, rum. Tit. XXI.

Quod nam est quartum differtaneum?

Est ademptio. Adimi enim legatum potest: quia testantium uoluntates sunt ambulatoriæ usque ad extremum uitæ spiritum.

l.4.

1.4. De adim.leg. Et nemo potest sibi eam le gem dicere ut à priore uoluntate recedere ei non licet. l. si quis. 22. De leg. 3.

Quod nam est quintum?

Translatio. §. transferri. eod. l. translatio. De adim.leg.

DE LEGE FALCIDIA.

Tit. XXII.

Quod nam est Adiunctum legatorum?

Est lex Falcidia. Der abzug des vierten theils.

Quid est lex Falcidia?

Est ius quo modus legatis impositus est. Diuisit enim patrimonium defuncti in xii. uncias seu partes, uetusq; ne cui ultra quadrantem, hoc est, i x. uncias totorum bonorum legare liceret: sed ut quadrans, id est, quarta pars bonorum apud hæredem maneret. Inst. eod. in prin. Vide Stat. Friburg. tract. 3. tit. 5. pag. 68.

Vnde detrahitur?

Non modò ex uniuerso patrimonio omnes hæredes simul detrahere quadrantem possunt: sed etiam singuli ex sua quisq; par-

g 4 te

re. & cum. eod. l. in singulis. 77. cum seq. eod.

Quod nam tempus inspicitur?

Nihil refert an post testatoris mortem, & antequam hereditas adeatur, patrimonium auctum an uero diminutum sit. Quantitas enim patrimonij, mortis tempore spectatur. §. quantitas.eod.l.in quantitate.73.eod. Vide Stat.Nor.tit.31.l.3.

Quando ponitur computatio seu ratio in Falcidia?

Deducto primùm aere alieno & funeris impensis. §.cum ratio.eod.item quod inuentari faciendi causa expositum est.l. scimus. §.in computatione.C.de iur.delib. Bona enim sunt, quæ remanent deducto aere alieno.l. subsignatum. 39. §.bona. De uerb.sign. Vide Stat.Nor.tit.31.l.2.Stat.Frib.tract.3. tit.5.pag.68. Atq; haecenq; quomodo ex testamento directo acquiratur: sequitur quomodo obliquè per interpositam personam acquiramus.

D E F I D E I C O M M I S S I S .

Von treubeuohlnen Erbschafften. Tit. XXIII.

Quid est Fideicommissum?

Estius, quo testatori obliquè p inter medianam personam succedimus.

Quot-

Quottuplex est?

Duplex. Vniuersale aut Singulare.

Quænam est origo Fideicommissorum?

Primò uoluntatis fuerunt, postea necessitatis. Nam primò nemo inuitus cogebatur præstare fideicommissum. Deinde Augustus ea confirmauit & iussit ut Coss. extraordinem ius dicerent. Deniq; in assiduam iurisdictionem uersa sunt.

Quænam est forma relinquendi uniuersale fideicommissum?

Instituendus est aliquis heres directis uebris: cuius fidei committatur ut eam hereditatem alij restituat. §. in primis. eod. Statut. Frib. tract.3.tit.5.pag.71. Et hoc ius ualde populare est. Quibus enim non licet hereditatem aut legatum directò relinquere (ut Spurijs) his relinquendi oblique potest: dum fidei eorum coimmittitur, qui ex testamento capere possunt. Potest tamen & intestatus moriturus, rogare heredem legitimum, ut hereditatem alicui restituat. §. præterea.eod.l.j. §.hoc autem. Ad S.C. Trebell. Creditur enim paterfam. legitimis heredibus sponte sua relinquere legitimā hereditatem. l. conficiuntur 8. De iur.cod. Quin & sine scriptu-

ra & testibus ualeat fideicómissa. Nam postquam petitor de calumnia iurauerit, hæres iurare cogitur fideicommissum non esse relictum, uel recusans pro confessio habetur. s. fin.eod.l.fin.C.de fideicom. In fideicómisso quoque plures gradus fieri possunt, sicut in institutionibus directis. d.s.præterea.

Quis est effectus Fideicommissorum?

Restituta hæreditate, is qui restituit, hæres permanet. s. restituteod. Nam qui fæmel hæres est, non definit hæres esse. l. ei qui. 88. De hæred.instit. Et hodie per S.C. Trebellianum (quod idem est in fideicommissis, quod Falcidia in legatis) hæres fiducarius adit & restituit fideicommissario hæreditatem retenta quarta, & dividuntur inter eos actiones. Sed si hæres coactus restituit, non retinet quartam. s. sed quia stipulationes.eod.l.nam quod.14. s. quis compellus. l.Marcellus.3.s.). Ad Trebell.

AXIOMATA TIT. XXIII.

Inutile est testamentum in quo nemo hæres instituitur. s. in primis.eod.

In legibus magis simplicitas quam difficultas placet. s. sed quia stipulationes.eod.

Secum

Secum debet deliberare is cui restituitur hæreditas, an expeditat sibi restitui s. si quis dñs eod.

Quinque testium numeros in fideicommissis legitimus est. s. fin.eod.

Carandum est ne depereat ultima voluntas testates ris. d.s.fin.

DE SINGVLIS REBUS PER FI deicommissum relictis. Tit. XXIII.

Quid est fideicommissum singulare?

Quo res singulæ relinquuntur, tam propriae, quam alienæ, ut hæredis, legatarij, fideicommissarij.Instit.eod.in prin.

*Quatenus potest quis fideicommissio
grauari?*

Quatenus honoratur.s.hoc solum.eod.

*Quottuplicia sunt uerba in fideicom-
missis usitatae?*

Duplicia. Alia enim sunt rogantis, ut pe-
to, rogo: alia præcipientis, ut uolo, mando,
fidei tuæ committo.s.fin.eod.

DE CODICILLI S. Von hal- ben oder kurtzen Testamenten. Tit. XXV.

Quid est Codicillus?

Est scriptura minus solennis, qua hæredi-
tas neq; dari, neq; adimi directo potest.

Codicillus

Quæ nam est origo codicillorum?

I. A' Lenglulo introducti sunt. II. Ab Augusto executioni mādati. III. A' Trebatio uerbis suasi propter longas peregrinationes. IV. A' Labeone facto comprobati. Instit.in prin.eod.

Quando possunt fieri?

A' testato & intestato: itē ante & post testamentum. s. non tantum. eod.l. conficiuntur. De iur.cod.l. non idcirco. C.eod.

Quo modis differunt à testamento?

I. Codicillis hæreditas directò, neq; dari, neque adimi potest: nec conditio adiuci instituto aut directò substitui. s. codicillis. eod.l. Scæuola. 76. l. diuus. 6. ff. eod.
II. Codicillos quis plures facere potest: nec rumpuntur priores per posteriores, nisi plænè contrarij sint. s. fin. eod. d.l. 6. eod.

III. Nullam solennitatem desiderant nisi quinq; testium, ait Theophilus. d.s. fin. eod. l. fin. C.eod.

Atq; haec tenus de testamenteria hæreditate sequitur legitima.

Finis libri secundi.

Q V AE.

QVÆSTIONES IN INSTI T. IV S T. LIB. III.

DE LEGITIMIS HÆREDI- tatibus.

Quid est Legitima hæreditas?



V A M lex xii. tabb. aut S. C. aliquod ab intestato defert.

*Quot modis dicitur aliquis in-
testatus?*

Quatuor modis. Instit. de hæred. quæ ab intest. defer. in prin.l.j. De suis & legit. l. intestatus. 64. De uerb. sign. l. si nemo. 181. De regul. iur.

*Quot sunt hodie Gradus Successionis ab
intestato?*

Quinque.

Quis est primus gradus?

I. Gradus.

Est Descendentū seu Suorū: ut filiorū & filiarū: nepotū, & neptū, &c. siue naturales sint, siue adoptiui, siue legitimati. Nam statim post mortem patris quasi continua tur dominium in liberos. s. sui. De hæred. quæ

quæ ab intestat. defer. Pater enim & filius eadem persona est fictione iuris. l. fin. C. de impub. & al. substit.

Quot'nam tenenda hic sunt axioms?

Sex. I. Filij naturales & legitimi succedunt parentibus in capita, nach den heuptern oder an gal der Personen, So viel mund, so viel pfundi. §.j. Inst. de hæred. quæ ab intest. Stat. Norimb. tit 34. l. j. Statut. Frib. tract. 3. tit. 6. §. 2. Nepotes cum patruis iure representationis in stirpes succedunt, nach den stammen in ein stam theil §. cum filios. Inst. d. tit. l. 3. C. de suis & legit. Absurdum enim esset plus iuris dari succedaneis (id est, istis qui in alterius locum successerunt) quam illi in cuius loco successerunt: neq; enim ius suitatis in ipsis primis sed in ipsorum parentibus constituit. Idem est si tantum secundi aut anterioris gradus liberi extant. § item si ex duobus Inst. d. tit. l. 2. C. de legit. hered. l. 2. De suis. Stat. Nor. tit. 34. l. 4. Stat. Frib. tract. 3. tit. 6 § 3. & 5.

I. I. Liberi diuersarum nuptiarum succedunt parentibus suis præ omnibus alijs, in bonis dotalibus illius matrimonij ex quo nati sunt: in alijs bonis non dotalibus, succedunt æqualiter §. nec illud quoq; Authen. de his qui nupt iter. §. si uero ueniat. Auth. neque virum quod ex dot. Stat. Nor. tit. 34. l. 3.

III. Naturales legitimati succedunt patri. Authen. quib.

quib. mod. nat. eff. legit. Et: quibus mod. nat. eff. sui. Stat. Norimb. tit 34. l. 5 Non legitimati patri mortuo sine liberis & non relista uxore, succedunt in duas uacans: in reliquis succedit proximi cognati. Aut quib. mod. nat. eff. sui. §. si quis autem defunctus & q. si quis igitur habens. Matri autem succedit utrum cum legitimatis ab intestato. §. nouissim. §. De S. C. Orphitiano. Stat. Nor. tit. 34. l. 8 Stat. Frib. tract. 3. tit. 8.

III. I. Spuri non succedunt patri. §. si aduersus. §. De nuptijs. Sed matris & uxoris: haec enim semper certe sunt. l. ex libera. C. de suis & legit. l. quia semper De in ius uocando.

V. Incestuosi ex cognatis, nefarij ex descendantibus, adulterini ex adulterio nati: nullam successionem habent. l. si adulterium. in præn. Adl. l. uol. de adult. l. quinetiam. De rit. nupt. §. ergo non omnes. Inst. eod. Auth. ex cōplexu. C. de incest. & inutil. nupt. De iure etiam ciuili alimenis nō cēsentur digni. Auth. quib. mod. nat. eff. sui. §. fin. Sed de iure canonico sunt alendi. c. cum haberet. De eo qui dux. in exo. quæm poll. per adult. Stat. Nor. tit. 34. l. 9. Stat. Frib. d. tit. 8.

VI. Legitimi ab extraneo adoptati, succedit paræti ab intestato solum: ab uno sùm adoptati, succedit ab testato & intestato. § sed ea. Inst. de hæred. quæ ab intest. § sea hodie. Inst. de adopt. l. cū in adoptionis. C. de adoptio. Arrogati succedit arrogati. l. 2. & l. si arrogator. C. de adopt. nisi sint emancipati.

patl. §. item non aliter. Instit. de adopt. Stat. Frib.
tract. 3. tit. 7.

II. Gradus.

Quis est secundus Gradus?

Est Ascendentium, quod sit turbato mor-
talitatis ordine. Hinc illud,

Ordine turbato succeditis Bulgare nato.

Quot sunt axiomata hic tenendas?

Quinq. I. Parentes naturales & legitimi succedunt
liberis suis (& concurrunt fratres Germani) in
bonis aduentitijs. Nam in profe&titijs à patre uel
per lineam paternam, pater excludit matrem: à
linea uero materna mater excludit patrem. Bart,
in l. quod scitis. § fin autem. C. de bon. quæ liber,
§ j. Instit. per duas person. cuiq. acquir. Stat. Nor.
rimb. tit. 35. l. j. & z. Statut. Friburg. tract. 3. tit. 5.
§. 8. & seqq.

II. Parentes succedunt liberis legitimatis, sicut na-
turalibus & legitimis. Authen. quib. mod. nat.
effic. sui.

III. De parentibus naturalibus idem est quod de
liberis naturalibus diximus. §. de nepotibus. Au-
then. quib. mod. nat. effic. sui.

III. De reliquorum liberorum è damnato com-
plexu natorum successione idem est quod supra
de liberis diximus: nisi quodd spurijs mater tan-
tum succedit, si liberos non reliquerit. l. 2. §. itaq
etiam uulg. Vnde cognat. §. fin. Instit. de S. C.
Tertull.

V. Pa-

V. Patres adoptiui succedunt adoptatis quos in po-
tentate habent, § sed hodie. Instit. de adopt. Ex-
traneis autem non succedunt. I. cum in adopti-
tiis. §. sed ne articulam. C. de adopt.

Quis est Tertius ordo?

Est collateralium seu transuersalium.

*Quot sunt hic axiomata obser-
vandas?*

Sex. I. Fratres defunsti & legitimi succedunt in ca-
pita. §. reliquum. Anh. De hered. ab intest. uen.
Stat. Nor. d. tit. 35. l. 2.


II. Filij fratum succedunt cum fratribus & sorori-
bus in stirpes loco patris sui premortui. §. si au-
tem defun&o, Anthen. de hered. ab intest. uen.
Quod tamen nō ultra filios fratum porrigitur.
§. huiusmodi uero. d. Auth. Stat. Nor. d. tit. 35. l.
z. Stat. Frib. d. tract. 3. tit. 5. §. 16. Fratribus autem
& sororibus non existentibus: filij fratum inter
se dividunt hereditatem patrui in capita, non in
stirpes, ex lege Carolina in Comitijs Spirensibus
anno 1529. sancta. Agnati enim non successio-
nis, sed proprio iure uenient. §. hoc etiam in fin.
Instit. de legit. agn. succel. Vide Zaf. lib. 1. sing. re-
spub. ca. 7. & Tomo j. Consil. 4. Stat. Nor. d. tit.
35. l. 7. Stat. Frib. d. tract. 3. tit. 6. §. 17.

III. Fratres Germani (id est, utriq. coniuncti, *Yon*
bondi, bazi, bazi) & eorum filii: excludunt consan-
guines: Et uterque: etiam si hi secundu grande

b. 800

sint filii fratum tertio: quod tamen ius non cegreditur filios fratum. §. quia uero hoc. Auth. de consang. & uter. frat. §. siu autem defuncto. Auth. de haered. ab intest. uen. Stat. Nor. d. tit. 35. l. 4. Stat. Frib. d. tract. 3. tit. 6. §. 15.

Titius.



Hic, Accius fratri Sempronio succedit, exclusis consanguineis Scio & Titio, & uterino Caio. Idem est de Claudio, qui etiam succedit Sempronio patruo, reliquis exclusis; licet is tertio gradu sit, illi secundo. Sed Claudi filiis, id est. Accij nec potibus preferentur fratres, etiam uterini.

III. I. Cum extant consanguinei & uterini tantum in bonis paternis preferuntur consanguinei: in maternis uterini. In reliquis non profectijs utriq succedunt æqualiter §. quia uero. Auth. de consang. & uter. frat. l. de emancipatis. C. de legit. haered. Stat. Nor. d. tit. 35. l. 5.

V. Fratres spurij ex eadem matre, sibi inuicem succedunt: secus de his qui ex eodem patre sunt: ut si quis ex duabus meretricibus filios suscipiat; quia nullos habent agnatos, cum nullum patrem habeat.

LIBER III.

115

Habere intelligatur: vulgo quæfitos. De successione cognati. l. 2. & l. 5. spurijs. Vnde cognati. §. si aduersus. De nupt.

V. I. Nec fratribus existentibus, nec filiis fratribus, tum proximi cognati admittuntur ad decimum gradum usq: sed ita ut pares gradu simili admittantur, ex imparibus proximi præcedant. §. si uero fratres. Notiel. de haered. ab intest. uen. Hic itaq: decimus gradus cognitionis numerat cincimus. Stat. Nor. d. tit. 35. l. 9. Stat. Frib. tract. 3. tit. 6 pag. 77.

Quis est Quartus ordo?

IV. Ord.

Est coniugum: cum scilicet neque liberi do, neque parentes, neq; cognati extant. l. j. C. unde uif & uxor. Stat. Nor. tit. 33. Stat. Frib. tract. 3. tit. 3:

Quis est Quintus ordo?

V. Ord.

Est Fisci. Nam prædictis omnibus deficiuntibus, bona censentur uacantia & cedunt fisco. l. uacantia. C. de bon. uacan. lib. x.

DE GRADIBVS COGNATIONIS.

Quando est locus graduum numerationis?

Cum neque ascendentes, neque descendentes

dentes, nec fratres fratrum ue filij ad sunt;
& hic duo axiomata tenenda sunt.

I. Hodie nulla differentia est inter agnatos & cognatos, masculos & foeminas. Auth. 118. Licet olim commodius nisum fuerit ut ad masculos confluenter hæreditates. s. ceteram. De legit. agnat. succes. Et hodie in feudis id ius obtinet: unde est lex Salica: in terra Salica mulieres ne succedant: quia etiam hinc ratio statutorum sumitur, quibus prohibetur ne stantibus masculis foeminae succedant.

II. Prior in gradu, potior est in successione: Vel, Proximior excludit remotionem. l. proximus. 92. De verb. sign. l. 2. De suis. Sic auunculo (*meiner mütter brüder*) qui est in tertio gradu, prius quam consobrino (*meines vatters schwesternsohn*) qui sequentem occupat: defertur successio intestati. l. auunculo. C. communia de succesi.

3	2	2	3
Amita.	Pater.	Mater.	Auunculus.

4	1.	
Cōsobrinos.	Filius, de cuius hæreditate quæstio.	

Qui autem sunt in pari gradu, pariter succedunt. Inter affines uero nulla est successio. l. affinitatis. C. communia de succesi.

Quomodo numerandi sunt gradus?

Duo axiomata hīc obseruanda sunt. Ali-

ter

ter enim leges, aliter canones numerant gradus: quia canones (qui matrimonium spectant) potissimum personas respiciunt: leges uero ipsum stipitem à quo hæreditas descendit.

Quod nam est prius axioma?

Est de linea recta. Tot enim sunt gradus, quot personæ: una dempta, scilicet stipite. Vt pater & filius sunt in primo gradu. Et semper generata persona gradum adiicit. Hoc axioma in arbore civili in descendente, ascidente & collaterali ualeat: sed in canonica, saltem in ascidente & descendente. Vide Stat. Not. tit. 35. In fin.

Quod nam est alterum axioma?

Est in arbore canonica in linea collateralı: eadē vel æquali vel inæquali. Nam in linea æquali, quot gradus alter corū, de quibus queritur, distat à communī stipite: tot gradibus inter se distare dicuntur. Vt duo fratres sunt in primo gradu: quia alter corum distat à stipite seu patre uno gradu. In linea uero inæquali, quot gradib. remotior persona distat à communī stipite tot gradibus distat inter se. Vt frater & fratri filij distant secundo gradu, quia persona remotior, scilicet fratri filius, distat secundo à stipite, id est, uno.

Quis est usus horum axiomatum?

Iure ciuili uocantur cognati ad decimum

h 3 gra-

gradum. Iure canonico in linea recta est prohibitio in infinitum usque, sicut & iure ciuili. At in linea transuersali prohibetur contrahi matrimonium in quarto gradu inclusuè. Atq; haec tenus de hæreditatibus, quæ à iure ciuili deferuntur: nunc de bonoru posseſſione, quæ est successio prætoria.

DE BONORVM POSSESSIONI
bus. Von einsatz. Tit. X.

A quo' nam ex cuius gratia introductum
est hoc ius?

A' prætore introductum est, qui ius xii, tabb. angustis finibus conclusum, ex æquo & bono dilatauit, emendauit, & confirmauit: dum id agit ne quis sine successore moreretur. Inſtit. eod. in prin.

Quomodo differunt hæres & bonorum
possessor

Hæres fit iure ciuili: bonorum possessor iure prætorio. §. quos autem. eod.

Quottuplex est Bonorum possesſio?

Duplex. Ordinaria & Extraordinaria. Ordinaria est stabilis iuris: eaq; datur uel à testato (ut, secundum tabb. & contra tabb.) uel ab intestato, ut Vnde liberi, Vnde legitimi

mi seu agnati, Vnde cognati, Vnde uir & uxor. §. sunt autem cum seqq. eod. Extraordinaria (quæ & Septima appellatur) est quæ datur ex lege. Vnde potest dici bonorum possesſio ex lege. §. septima. eod. Vide Stat. No. rimb. tit. 36. Stat. Frib. tract. 3. tit. 10.

Quod nam est Tempus petendæ bonorum
possessionis?

Ne actiones creditorum differantur, petendæ bonorum possessioni certum tempus est præfinitū, liberis & parentibus annus utilis: cæteris cognatis centum dies. §. cum igitur. eod. Largius autem tempus parentibus liberisq; tribuitur in honorem sanguinis: quia archandi non erant, qui penè ad bona propria ueniunt: sed tempus præstiratum est ita moderate, ut neque ipsi urgerentur ad bonorum possessionis petitionem, neque bona diu iacerent, in stiller gewör legen. I.j. §. largius. De succes. edict. Sed facultas ad eundi hæreditatem de iure ciuili est perpetua, id est, 30 annorum: præfertim ei qui sibi ignorat delatam. l. licet. C. de iur. delib.

Qui nam ordo seruatur in bonorum possesſione?

Si intra hoc tempus aliquis non petierit, eiusdem gradus personis accrescit. Partes

h 4 enim

enim non petentium, accrescunt petenti-
bus.l.j.ca.C.quand.nō pet.part.pet. accresc.
Vel si nemo sit, deinceps locus est successo-
rio edicto.s.& si intra.eod.

Quid est successorum dictum?

Est ius illorum gratia, quibus bonorum
possessio defertur, introductum, ut in locū
eorum, qui postulationē omiserunt, sequen-
tes succedere possint. Sic liberis omnibus
omittentibus, ad agnatos res redit.

*Quomodo petitur bonorum pos-
sessio?*

Modus petendi bonorum poss. hodie nō
est scrupulosus, sed sufficit quocunq; modo
iudicium suum de admittenda poss. ostendere
coram iudice.s.fin.eod.l.fin.C. qui ad-
mit.ad bon. poss. Atq; haec tenus de successio-
ne perius:nūc de successione p cōsensum.

DE ACQUISITIONE PER AR-
rogationem. Tit. XI.

*Quid est acquisitione per arroga-
tionem?*

Est acquisitione per consensum, qua arroga-
tor uiuente arrogato acquirit usumfructum
in rebus aduentitijs arrogati. Mortuo autē
eo

eo etiam dominium.Institut. eod. in prin-
cip. & §. j.

*Ad quid contra tenetur arroga-
tor?*

Ad debita arrogati, nisi malit creditores
mitti in eius bona.s.fin. eod. Atq; haec tenus
de rerum dominio seu acquisitione: nunc
de rerum obligationibus.

DE OBLIGATIONIBVS.

TIT. X I I I .

Quid est Obligatio?

Est ius quo imposita est necessitas alicu-
ius rei soluendæ secundūm nostræ ciuitatis
iura.Instit.eod.in prin.l.rei.5.cum seq. & 23.
De uerb.sign.

Quot sunt species obligationis?

Duae. Oritur enim ex contractu aut male
ficio.s.sequens.eod.l.j.De act. & oblig.l.La
beo.19.De uerb.signif.

Quot sunt confid. in contractus?

Duo. Species & Causæ acquirendi, amit-
tendi q;

Quot sunt species Contractus?

Duae. Est enim uel Verus, uel Quasi contractus.

Quid est Verus contractus?

Est negotium inter duos plures ue data opera & uoluntate eorum gestum, ut uel uerq; inuicem, uel alter tantum alteri obli getur.

Quot sunt causæ ueri contractus?

Quatuor. Nam aut re, aut uerbis, aut lite ris, aut consensu fit. l.j. De act. & oblig.

DE OBLIGATIONE EX RE.

Tit. X V.

Quid est obligatio ex re?

Quæ re tradita & accepta contrahitur.

Quot sunt eius species?

Quinq; Mutuum, Indebitum, Commo datum, Depositum, Pignus: quæ sic differūt, quod in mutuo & indebito translatio dominiij sit: in illo scienter, in hoc erroneè. In reliquis non est illa translatio: sed uel usus, ut in commodato: uel custodia, ut in depo sito: uel securitas, ut in pignore.

Quid

Quid est Mutuum?

Est contractus, quo ex meo tuum sit, ita ut res quæ pondere, numero, mensura con stat, non eadem, sed eiusdem naturæ & qua litatis reddatur. Hæ enim res in suo genere per similitudinem functione recipiunt. Vnde pro uerb. eiusdem farinæ, eiusdem notæ: pro rebus similibus. Instit. eod. in prin. l. 2. Si cert. pet. Pro eo competit conditio certi. Vide Stat. Norimb. tit. 13. l. j. Stat. Friburg. tract. 2. tit. j.

Quid est Indebitum?

Est obligatio ex re, qua obstringitur is qui non debitum accepit ab eo qui per errorem soluit. Pro ea competit conditio indebiti. §. is quoq; eod. l. cuius per errore. §3. l. cum amplius. §4. De reg. iur.

Quid est Commodatum?

Est cōtractus quo is cui res gratuitò uten da datur, adstringitur ad eandem ipsam rem restituendam & exacta diligentia custodiendam. l. contractus quidam. 23. De reg. iur. Pro ea competit actio commodati. §. item is, eod. l. j. De act. & oblig. Stat. Nor. tit. 14. Stat. Frib. tract. 2. tit. 2.

Quid est Depositum?

Est contractus, quo res apud aliquem de ponit.

ponitur custodiæ causa. Pro eo competit auctio Depositii. §. præterea. eod. l. j. De auct. & oblig. Est & aliud genus depositi quod dicitur Sequestrarium, & tertium quoque impec diendarum usurarum gratia comparatum, binder den stab erlegen. Vide Stat. Notimb. tit. 15. Stat. Frib. tract. 2. tit. 3.

Quid est Pignus?

Est contractus, quo res aliqua creditori ita obligatur, ut si in credito eo nomine se curior sit. Pro eo competit actio pignoratio nis. §. fin. eod. l. j. De auct. l. creditores. 10. cum 2. seqq. & l. plebs. 238. §. pignus. De uerb. sign. l. plus cautionis. 25. De reg. iur. Statut. Nor. tit. 20. Stat. Frib. tract. 2. tit. 8.

AXIOMATA TIT. XV.

Pupillus mutui datione non tenetur. §. unde pupil lus. eod.

Maiorem uim, maioresq; casus nemo praestare tenetur. §. item is cui. eod. l. 25. Locat.

Commodatum debet esse gratuitum; alioqui mercede interueniente fit locatum. d. §. item is cui. in fin.

Qui negligent rem custodiendam committit, sive fa cilitati id imputare debet. §. præterea, eod. l. cum mandato. §. fin. De minor,

DE VERBORVM OBLIGATIO nibus. Tit. XVI.

Quid est Verborum obligatio?

Est contractus qui oritur ex interrogatio ne & responsione. Instit. eod. in prin. l. j. §. uerbis. De auct. & oblig.

Quattuplex est obligatio uerbo rum?

Duplex. Vna principalis, quæ dicitur Sti pulatio: altera accessoria, quæ dicitur Fi deiuscio.

Quid est Stipulatio?

Est uerborum conceptio, quais qui interrogatur, darurum facturum uer se, quod interrogatus est, responderet. l. 5. §. stipulatio. eod. Haec enim sit nomine proprio.

Quod sunt confid. in Stipula tione?

Quatuor: Effectus, Causæ, Species, Dis sentanea.

Quis est effectus Stipulationis?

Actiones duæ, quæ oriuntur ex stipulatio ne. Ut Condicio certi, si certa est stipulatio: tum enim præcisæ nobis prestandū est quod perimus: & Actio ex stipularu, si incerta est

stipulatio: hac enim actione petimus id qđ
nostra interēst. Interēsse enim incertum est.
Institut. eod. in prin. l. si quis certum. 24. Si
cert. pet.

Vnde dicitur stipulatio?

A' stipulo, id est, firmo: Nam contractus
stipulationis est firmior & solidior cæteris.
Ideoq; ab Vlpiano in l. j. §. j. De prætor. sti-
pul. omnes stipulationes natura sui cautio-
nales esse dicuntur. Hoc enim agitur in sti-
pulationibus, ut quis cautor sit & securior
interposita stipulatione: Hinc niempe clau-
sule ille instrumentorum, ich glob vnd ver sprich
auch: & tritissimum illud pro tribunalibus
axioma: stipulata manu promittere esse fra-
misseimum contratum, bey der handt verheissen,
mit handgegebner treuw verheissen, einem was dar-
schlagen. Manus enim dextra fidei olim con-
secrata fuit. Plin. lib. ii. cap. 45.

*Quot causæ sunt in stipulatione confi-
derande?*

Tres. Formalis, Materialis & Efficiens:

I. In quibus constitut forma stipula-
tionis?

In uerborum solennitate & cōceptione,

*Quæ nam est solennitas uerbo-
rum?*

Olim solennia uerba in stipulatione com-

trahenda in usu fuerunt: sed hodie intelle-
ctus tantum ab utraq; parte requiritur, ex l.
Imp. Leonis. §.j. Instit. eod. l. omnes, 10. C. de
contr. & commit. stip.

*Quomodo concipitur stipula-
tio?*

Aut purè, aut in diem, aut sub cōditione.
§. omnis. eod. l. obligationum ferè. De act.
& oblig.

Quid est pura stipulatio?

Quæ sine die & conditione fit: ideoque
confestim actio nascitur. d. §. omnis.

Quomodo intelligitur uerbum

Confestime

Verba cōfestim, statim, protinus, cūm pri-
mum & similia: & cum quodā spa-
cio temporis accipi debent: ait Iulianus in
l. ratum. 13. De solut. Spacium autem tempo-
ris assumitur nec minimum, nec maximum,
& quod magis intellectu percipi, quam lo-
cutione exprimi possit. Et, ut ait I. C. Pau-
lus in l. quod dicimus. De solut: hoc uerbū
statim cum aliquo temporeamento tempo-
ris intelligendum est: nec enim cum sacco
quis adire debet.

Quid est in diem stipulatio?

Quæ fit adiecto die, quo pecunia solua-
tur.

tur. d. §. omnis. Et statim obligatio nascitur: sed res promissa prius peti non potest quam dies uenerit. Nam in obligatione in diem, cedit dies (*die zeit lauft*) sed nondum uenit: & id est qui ante diem agit, male agit. l. jca. in fin. C. Quand. dies usuf. In obligatione autem pura uenit & cessit dies & propterea statim peti potest. l. cedere. 213. De uerb. sign.

Potest ne peti res eo die in quem stipulatio fasta est?

Non potest. Nam totus is dies arbitrio soluentis tribui debet. Neque enim certum est eo die datum non esse, priusquam is pretiererit: & tempus adiectum solutioni, uidetur adiectum gratia debitoris seu promisoris. l. cum tempus. 17. De reg. iur.

Qualis nam est stipulatio annua?

Est pura. §. at si ita. eod. Quia tempus apponitur gratia multiplicandae obligationis, non differendae. Sunt enim quatuor modi temporalium obligationum. Nam tempus adjicitur gratia obligationis aut repräsentandae, ut hodie dabo: aut limitandae, ut dabo tibi decem, quoad uiuam: aut differendae, ut dabo hoc anno, hoc mense: aut denique multiplicandae, ut hic, dabo annua centum. Ethac stipulatio annua perpetuatur,

id

id est, transit ad haeredes. Nam nulla obligatio est temporalis: semel enim cepta obligatio durat, quo ad uim obligationis. Axioma enim est, quod tempus non sit modus tollendae aut inducendae obligationis. d. l. obligationum. §. placet. De act. & obl. Hic obserua carmen tritum in scholis:

Annu si debes, tuic inspicias caput anni;

Anno si debes, in fine teneberis anni.

Quid ergo iuris est si haeres petat ista annua?

Exceptione pacti conuenienti inter stipulatorem & promissorem submouebitur. Nam est tempus ipso iure non potest tollere obligationem, ope tamen exceptionis potest. d. §. at si ita.

Action haeredis.

Stipulatio annua transit ad haeredes.

At inter te & defunctum, chi ego successi, fuit stipulatio annua.

Ergo transit ad me haeredem.

Exception promissoris.

Pactum personale non transit ad haeredes.

At ista stipulatio annua fuit pactum personale, inter stipulatorem defunctum & me promissorem.

Non igitur transit ad te haeredem.

i

Quid

Quid est stipulatio sub conditione?

Quæ in aliquem casum, id est, euentum incertum differtur. s. sub conditione. eod.

Quottuplex est conditio?

Duplex. Propria & Impropria.

Quid est Propria?

Quæ referritur ad futurum tempus & suspendit obligationem: ut ostendit exemplum d. s. sub conditione.

Quottuplex est conditio illa?

Duplex. Est enim affirmata aut negata.

Quod nam est axioma negata?

Stipulatio conditionalis negatiua impletur morte, & æquiparatur stipulationi, c v' M MORIAR. s. si quis ita stipuletur. eod.

Quid nam continet stipulatio conditionalis?

Spem, non rem. s. ex conditionali. eod. Vnde duo axioma sunt: In conditione spes est, non res. Ein Warfil. Item: Spes transmittitur ad heredem. l. ueteris. C. de contr. & commit. stip. Sic spes potest etiam donari. l. spem. C. de donat. uendi. l. nec. emptio. De contrah. empt. C. d. l. spem. Pasto remitti. l. j. C. de pact.

Quid

L I B E R I I I S
Quid est impropria conditio?

131

Quæ refertur ad tēpus præsens aut præteritum: nec suspendit obligationem. s. conditiones. eod. l. conditio. 100. De uerb. oblig. l. cum ad præsens. 37. cum 2. seqq. Si cert. pet.

Nihil ne præterea inferitur stipulatio?

Non solum tempus & conditio inferuntur stipulationi, sed & locus. s. loca. eod. Itaque locus adiectus, id est, stipulatio localis, sub stipulatione in diem continetur: complectitur enim spacium perueniendi ad locum. l. eum qui. 41. De uerb. oblig. Quoniam autem tempus æstimandū sit, docet Venuleius I. C. in l. continuus. 137. s. cum ita stipulatus. De uerb. oblig. Nam totā eam rem ad iudicem, inquit, id est, ad bonum uirum remitteremus, qui æstinet quanto tempore diligens paternum. confidere iter posset. Neque enim diplomate diebus ac noctibus, & omni tempestate contempta iter continua re cogitur: neque tam delicate progredi, ut reprehensione dignus appareat: sed habitatione temporis, ætatis, sexus, ualitudinis: cum id agatur, ut maturè perueniat, id est, eodem tempore, quo plerique eiusdem conditionis homines solent peruenire. At-

i 2 que

que haec tenus de causa formalis stipulationis
num: nūc de materiali, id est, de his quae in
stipulationem deduci possunt.

**II. Quænam possunt in stipulationem
deduci?**

Res & facta. s. nō solum. eod. Stipulations enim in dando & faciendo uerantur.
I. 2. eod.

**Quottuplex est factorum stipula-
tio?**

Duplex. Simplex, cum stipulamur aliquid uel fieri, uel nō fieri: & in hac optimū est pœna seu clausula pœnale subijcere. d. s. nō solum. l. cum quid. 71. eod. Plerumq; enim difficultis est probatio, quanti cuiusq; intersit. l. fin. De prætor. stip. Multiplex uero cū quædam fieri, quædam non fieri una eadem quæ conceptione stipulamur.

**III. Quænam est causa efficiens stipu-
lationis?**

Personæ liberæ aut seruæ.

DE DVOBV S REIS STIPVLANDI.
Von zween spruchherren vnd versprechern.
Tit. XVII.

**Quomodo appellantur personæ quæ stipula-
tionem contrahunt?**

Rei stipulandi seu credendi, & promittendi seu debendi.

Quid iuris est in duobus reis?

Hodie in reis stipulandi nihil innouatum est: nam solidum singulis debetur. s. ex huiusmodi. eod. l. 2. & 3. eod. Sed rei promittendi seu debendi (qui & Correi dici possunt) hodie duo beneficia habent ex constitutione. De duobus reis in Nouellis, & Authenti. hoc ita. C. eod. Primum, quod causa duorum reorum debet communiter examinari, neque unus sine altero conueniri potest: nisi alter sit absens. Alterum, quod solum conue niuntur pro sua parte singuli: nisi alter non sit soluendo, uel nisi debitores huic legum beneficiio renunciarint. Regula enim est iuriis antiqui, omnes licentiam habere ijs quae pro se introductory sunt, renunciare. l. penit. C. de pact. Et unicuique licet cōtemnere haec quæ pro se introductory sunt. l. si iudex. De mi-

porib. Et sic renunciantes nouellæ constitutiōnē de duobus reis, duobus beneficijs res-
punciare intelliguntur.

AXIOMATA. TIT. XVIII.

Hæreditas personam defuncti sustinet.

Cum factum in stipulatione continetur, omnime de
persona stipulantis continetur.

DE DIVISIONE STIPVLA-
TIONUM. Tit. XIX.

Quottuplex est stipulatio

Duplex. Oritur enim aut ex conuentio-
ne partium: unde & Conventionalis dici-
tur, *drücklich*: aut ex officio magistratus: &
hæc rursus est uel simplex, uel Communis.
15. De uerb. oblig.

Quottuplex est Simplex

Duplex. Prætoria aut Iudicialis,

Quid est Prætoriae

Quæ à mero prætoris officio proficiuntur.

Quid est Iudicialis?

Quæ à mero iudicis officio proficiuntur.

Quid est Communis?

Quæ ab utriusq; officio proficiuntur.

D E

DE INVILIBVS STIPVLA-
TIONIBVS. Von vnbindingen, vntüchtigen, krafflosen,
vnnützen, vnwürcklichen, vnfurchtbaren verſprechungen.

Tit. X X.

*Quæ nam sunt diffentanea stipula-
tionum?*

Stipulationes aliquando inutiles sunt ra-
tione causarum, ut rerum, personarū & for-
mæ: aliquando ratione adiutoriū, ut cōditio-
nis, loci seu absentiæ, téporis, ordinis, per-
sonæ, dissensus seu erroris, turpitudinis.

*Quomodo sunt inutiles ratione re-
rum?*


Si in stipulationem deducuntur res, quæ
in natura non sunt, aut commercio exem-
ptæ sunt, aut in nostro patrimonio antea
sunt. Instit. eod. in prin. l. ea quæ dari. 135. l.
quod nullius. 182. l. impossibilium. 185. De
reg. iur. l. inter stipulantem. 83. §. sacram. De
uerb. oblig.

*Sed non ne in pendentii erit stipulatio, ex eo quod
que res in commercio non sunt, in com-
mercium aliquando ueni-
re possunt?*

Non erit in pendentii. §. nec in pendentii.
i 4 eod.

eoꝝ. Pura enim stipulatio suspendi non potest. I. ususfructus. De stip. seru. & quæ ab initio non consistunt, ex post facto non confirmantur. I. quod initio. 29. c. non firmatur. De reg. iur. Imò licet ab initio res in stipulatum utiliter deducta & tempore stipulationis promercalis fuerit: ex post facto tamen uitiatur, secundum eorum opinionem, qui etiam ea quæ recte constiterint, resoluti putant, cum in eum casum reciderint, à quo non potuissent consistere. I. existimo. 98. De uerb. oblig.

Quomodo sunt inutiles ratione personarum?



I. Nemo obligatur promittendo factum extranei. §. si quis aliū. eod. I. stipulatio ista. 38. in prin. I. inter stipulantem. 83. in prin. De uerb. oblig. Potest tamen quis diligentiam suam in procurando ut alius det aut faciat,

&c

& sic suum factum promittere. d. §. si quis alium. & d.l. 83. in prin.

II. Alteri nemo stipulari potest, nisi ei cuius dominio subiectus est. §. si quis alij. eod. I. quod tutela. 73. in fin. De reg. iur.

Quid si stipulatio non simplex, sed aut disiuncta aut coniuncta fit?

Stipulatio in extraneam personam conserui potest sub disiunctione quoad solutionem. ut, Mihi aut Titio. §. planè. eod. I. fin. §. si ita. & §. cum mihi. De uerb. oblig. Sed si stipulatio fiat coniunctim (ut, Mihi & Titio) tum refert an stipulator in adiecti potestate sit, iam econtra adiectus in potestate stipulatoris sit. Nam si stipulator in adiecti potestate nō sit, stipulatori soli dimidia pars debetur. §. quod si quis, eod. I. si mihi & Titio no. De uerb. oblig. Nam ius accrescendi in contractibus locum non habet: & ut in stipulationibus plurium rerum, tot stipulationes censentur, quot res, diuisæ intelle&tu iuris: ita in pluribus personis. Neque uinitatur utile per inutile in diuiduis. I. j. §. sed si mihi. De uerb. oblig. At cum adiectus in stipulatoris potestate est: stipulanti acquiritur. Quia vox patris est, vox filij. & contra. §. ei uero qui. eod. I. dominus. 39. De uerb. oblig.

*Sunt'ne præterea impedimenta ratione per-
sonarum?*

Adhuc duplex est impedimentum perso-
narum. Vnum ciuale, ut in filio, seruo, pupil-
lo, impubere. §. itē inutilis. §. pupillus. eod.
Alterum naturale, ut in muto, surdo, furio-
so. §. mutū. cum seq. l. in negotijs. §. l. furiosi.
4o. De reg. iur.

*Quomodo sunt inutiles ratione for-
mæ?*

Si diuersa aut contraria responsio stipula-
tioni subiiciatur. §. præterea. eod. l. j. §. si sti-
pulatio. & d.l. inter stipulantem. 83. §. si stipu-
lante. De uerb. oblig. Nec uerò necessitatis est in
respondendo omnia repetere quæ stipula-
tor expresserit. Nam plerumque ea quæ in
præfationibus conuenisse concipiuntur, e-
tiam in stipulationibus repetita creduntur.
I. Titia. 134. §. idem. De uerb. oblig. Atque ha-
cenus de stipulationibus, quæ ratione cau-
sarum inutiles sunt: nunc quæ ratione ad-
iunctorum.

*Quomodo sunt inutiles ratione con-
ditionis?*

Si impossibilis conditio affirmatè obli-
gationi adiicia. §. si impossibilis. eod. l. j. §.
3. De act. & oblig. l. impossibilis. 7. De uerb.
oblig.

oblig. l. impossibiliū. 185. De reg. iur. At ne-
gatè adiecta obligationi, puram facit stipu-
lationem. Nam cum affirmata fuerit impos-
sibilis, negata fuerit necessaria.

*Quomodo sunt inutiles ratione
loci?*

Si sint inter absentes cōceptæ. §. item uer-
borum. eod. Creditor autem scripturæ, quæ
præstò fuisse partes indicat, nisi contrarium
proberetur. d. §. item. & l. optimam. C. de con-
trah. & commit. stipul.

*Quomodo sunt inutiles ratione tem-
poris?*

Olim nec post mortem, nec in diem ante
mortem stipulari aut promittere licitum ce-
rat. §. post mortem. eod. Sed hodie non so-
lum post mortem aut pridie quam moria-
ris, stipulari aut promittere licet. d. §. post
mortem. eod. l. scrupulosam. C. de contrah.
& cōmit. stip. l. j. C. ut act. ab hæred. & contr.
hær. sed & cum morieris. §. ita autem. eod.
Obligatio enim statim nata est, sed post
mortem deum efficax est in persona hæ-
redum. Viuentes enim morimur, ultimoq;
uitæ momento hæ cōditiones impleri po-
funt. l. fin. De condit. instit. Momenrum e-
nim moriendi non morti, sed uitæ attri-
buitur.

Que-

**Quomodo sunt inutiles ratione or-
dinis?**

Olim non ualebant, si præposterè essent, conceptæ: sed hodie id nihil impedit. §. itē si quis.eod.l.præposteri.C.de testam.

Quomodo ratione personæ?

I. Si alteri quis quis stipuletur. §. alteri. eod.l.stipulatio ista. 38. §. alteri. De uerb. oblig. Nam,

Stipulatio fit ut acquiramus quod nostra inter-
est.

At ut alteri detur nostra pœna interest.

Alteri igitur stipulatio fieri nequit.

Duobus tamen casibus alteri stipulatio facta ualeat. 1. si pœna subieciatur, d. §. alteri. 2. si intersit nostra, ut si tutor stipuletur à con-
tutore rem pupillo saluam fore: si quis pro-
curatori aut creditori suo stipuletur. §. sed &
si quis, eod.d.l.stipulatio ista. 38. §. si stipuler.
cum seq.

II. Si alium facturum quis promisit: nisi
pœnam subiecerit. §. uersa uice.eod.

**Quomodo ratione diffensus seu er-
roris?**

Si de alia re stipulator sensit, de alia pro-
missor. d. §. si de alia. eod.l. nihil consensui,
116.in fin.De reg.iur.

Quo-

**Quomodo sunt inutiles ratione turpi-
tudinis?**

Cum quid ex turpi causa promissum est.
§. quod turpi.eod.l.generaliter. 26. cum seq.
De uerbis: oblig.

AXIOMATA. TIT. XX.

Omnis res promercalis in stipulatum deduci potest.

Instit.eod.in prin. & §. item contra.in fin.

Vox patris, est vox filij: & contra. §. quod si quis fibi.
cod.

Stipulator uerba promittentis, & promissor uerba stu-
pularis audire debet. §. mutum.cod.

Contentio his hominibus non est præbenda materia li-
tium. §. item uerborum.cod.

Lites celeriter dirimendæ sunt. d. §. item uerborum.

Stipulationes talent ex consensu contrahentium. §.
post mortem.cod.

Statim instrumento donec contrarium probetur. §.
scriptum.cod.

Quot res, tot stipulationes sunt. §. quoties.

DE FIDEIVSSORIBVS.

Tit. XXI.

Quid nunc sequitur?

Hactenus de uerborum obligatione prin-
cipali

cipali diximus: nunc sequitur de accessoriis;
id est, Fideiussione.

Quid est Fideiussio?

Est uerborū conceptio, qua quis id, quod
interrogatus est, alium daturum aut factu-
rum promittit.

Quot sunt in ea consideranda?

Duo. Causæ & Effectus.

*Quæ nam est finalis causa fidelis-
fionis?*

Vt diligentius nobis cautū sit. Inst. eod.
in prin. Nam plerumq; ab eo, quem proprio
nomine obligamus, alios accipimus qui ea-
dem obligatione teneantur, dum curamus
ut quod in obligationem deduximus, tu-
tius nobis debeatur. I. j. §. uerbis. De act: &
oblig.

Quæ nam est materialis seu Rés?

Omnis generis obligationibus fideiussio
adhiberi potest. §. j. Inst. eod. l. j. l. Græcè.
§. §. generaliter. I. fideiussor. 16. §. fideiussors
cod.

Quæ nam est formalis?

Fideiussor & præcedere & sequi obliga-
tionem, id est, tam futuræ quam præceden-
ti obligationi adhiberi potest. §. fideiussor.
Inst. eod. l. stipulatus. 6. in fin. eod. Et scri-
pturæ

pruræ quoq; statur, tanquam omnia solen-
niter sint acta. §. fin. eod. l. sciendum. 30. De
uerb. oblig. l. j. C. de contr. stip.

Quis est effectus fideiussionis?

Obligatio fideiussoris & actio cōtra prin-
cipalem. Nam fideiussor & ipse obligatur &
hæredem relinquit obligatum. §. fideiussor.
Inst. eod. l. 4. in fin. eod. l. fideiussoris. 24.
C. eod. Nam obligationes ex contractibus
transeunt ad hæredes. l. ex contractibus. 49.
De actio. Fideiussor tamen non potest in
plus obligari, quam principalis. §. fideiusso-
ris. eod. d. l. Græcè. §. illud. Nam,

In accessione non potest plus esse, quam in re prin-
cipali. c. accessorium. De reg. iur.

At fideiussio est accessio principalis obligatio-
nis.

Ergo in fideiussione non potest plus esse, quam in
principalie re.

*Quot nam sunt hodie beneficia fi-
deiussorum?*

Tria.

Quod nam est primum?

Est beneficiū Excussionis seu nouæ con-
stitutionis de fideiussoribus, qua cauetur ne
creditor fideiussorem conuenire possit non
excuso prius principali debitore; nisi is fue-
rit

rit absens aut non soluendo. Authen. præsente. C.eod. Vide Stat. Not. l.j. tit. 19.

Quod nam est alterum?

Est beneficium Diuisionis seu epistole D. Adriani, qua permittitur diuidi actio ita ut pro uirili tantum parte unusquisq; fideiussorum conueniatur. Eius epistolæ mentio fit in l.fin. C.de constit. pecun. Et nō ius, sed exceptionem tribuit. l. inter 26. De fideiuss. Stat. Not. l. 2. tit. 19.

Quod nam est tertium?

Est beneficium Cedendarum actionum, quo succurritur fideiussori, ut stipulator cōpellatur ei qui solidum soluere paratus est, cedere cæterorum nomina: *sein abnprach übergeben*. l. fideiussoribus. 17. eod. l. cum alteris. ii. C.eod. Stat. Nor. d. l. j.

Quia'nam datur actio fideiussori contra reum?

Mandati, ad recuperandum ea quæ soluit pro reo. s. si quid autem. eod. l. idem q. 10. s. fideiussores. Mand. Atque hoc si præcessit mandatum: nam si non præcessit, datur actio negotiorum gestorum. l. ex mandato. 20. Mand. Creditor autem cum fideiussore agit actione ex stipulatu.

AXIOMATA TIT. XXI.

Non potest plus esse in accessione, quam in principali re.

Plus est statim dare: minus est post tempus dare.

DE LITERARVM OBLIGATIO- nibus. Tit. XXII.

Quid est Literarum obligatio?

Quæ sit per scripturam. Literæ enim hic pro scriptura sumuntur. Estque contractus ciuilis.

Quottuplex est?

Duplex. Vna quæ olim nominibus, id est, tabulis accepti & expensi fiebat. Et sicut hodieque mercatorum codices fidem faciunt. Stat. Norimb. tit. 8. l. 7. Stat. Frib. tract. j. tit. 9. pag. 21. Altera quæ ex literis, uel chirographaria dicitur, cum quis debere se scriptura, id est, syngrapha uel chirographo confessus fuerit, quod sibi numeratum non est. Et ex hac oritur actio & exceptio contra agentem.

Quæ nam actio?

Actio ex literis uel chirographaria, seu conditio ex lege qua obligatio repetitur. l. si quasi. C.de non num. pec.


*Quæ nam exceptio datur contra d-
gentem?*

Non numeratæ pecuniæ.d.l.sí quasi: eaq; est irrenunciabilis & ultra biennium non extenditur. l. in contractibus. C. de non num. pecun.

DE OBLIGATIONIBVS EX
consensu. Tit. XXIII.

Quot sunt obligationes ex consensu?

Quatuor. Emptio & uenitio, Locatio & conductio, Societas, Mandatum.



*Quot modis differunt hæ obligationes à
superioribus?*

Tribus modis. Nam primò in his solus consensus obligationem efficit: in illis uero.

præ-

præter consensum requiritur solennitas & adminiculū uel rei, uel uerborum, uel literarum. II. Hæ etiam inter absentes contrahi possunt: stipulationes autem tantum inter præsentes. III. In his obligatur alter alteri ultro citroq; ex bona fide: etiam in his quæ lingua nuncupata non sunt: in stipulationibus uero aliis obligat, aliis obligatur, & solum id uenit quod expressum est. l. quicquid astringendæ. 99. De uerb. oblig. Hæ enim sunt stricti iuris, illæ bonæ fidei.

DE EMPTIONE ET VENDI-
tione. Tit. XXIV.

Quid est Emptio?

Est obligatio ex consensu, de re certo precio in perpetuum inre dominij acquirendæ. Nam tria sunt quæ ad essentiam huius contractus requiruntur, Consensus, scilicet seu placitum, Precium certum, & pecunia numerata. Nulla enim emptio potest sine precio esse. §. precium. eod. l. 2. De cōtrah. empt. l. empti. C. eod. Pariaq; sunt precium ab initio certum esse, uel ex post facto certificari aut in alterius arbitrium conferri. d. §. precium, & l. fin. C. eod. Quod & in locationi-

k z bus

bus ualet. l. si merces. 25. Locati. Stat. Nor. tit. 16. l. 10. Deinde in cæteris rebus præter pecuniam, precium esse non potest. §. item precium. eod. l. j. De contrah. empt. Nam ut emptio contrahatur, corpus cum quantitate commutari oportet. Si enim corpus cum corpore (ut monile cum annulo) uel quantitas cum quâtitate (ut numus Italicus cum Gallito) commutetur: permutatio est. Atque hæc tria sufficiunt, cùm non conuenit nominativum ut contractus in literas referretur. Nam si disertè conuenit ut instrumentum emptionis conficiatur: contractus non nisi perfecto instrumento perfectus erit. *Van der kauffbrieff auffgericht ynd gesertigt ist.* Instit. eod. in prin. l. contractus. C. De fid. instrum.

Quid est Arrhae?

Est nihil aliud quâm argumentum emptionis & uenditionis. Nullam enim obligationem creat: sed eam, quæ est, demonstrat. l. quod sæpè. 35. De contrah. empt. Et in arrhis punitur is quem pœnitit. Emptor perdit quod dedit: at uendor duplum restituere compellitur conditione ex l. contractus. C. de fid. instru.

Ad quem spectat periculum rei uenitiae?

Ad emptorem. Quicquid enim sine dolo &

& culpa uendoris acciderit, in eo uendor securus est: nisi in se custodiam suscepit. Si enim non suscepit, actiones tantum cedere cogitur, ut rei uenditionem, conditionem, furti & aquiliam. §. cum autem cum 2. seqq. eod. l. quod sæpe. 35. §. si res. De contrah. empt. l. eum qui. 14. in prin. l. si uendidero. 80. in prin. De furt. Stat. Nor. tit. 16. l. 2. Stat. Frib. tract. 2. tit. 4.

Ad quem spectat commodum rei uenitiae?

Ad eundem emptorem. Nam cuius est periculum, eius debet esse & commodum. d. §. cum autem. in fin. & l. id quod. 7. De peric. & commun. rei uend. l. secundum naturam, 10. De reg. iur.

Quæ res possunt uenire in emptione?

Omnis quæ sunt in commercio. Excipiuntur igitur sacræ, religiosæ, publicæ. §. fin. eod. l. 4. cum 2. seqq. & l. 22. cum 2. seqq. De contrah. empt. l. inter stipulantem. 83. §. sacram. De uerb. oblig.

AXIOMATA TIT. XXIII.

Nulla emptio potest esse sine precio. §. precium. eod. l. 2. De contrah. empt. l. empti. C. eod.

Autoritas Poëtarum apud I. C. non leuis est, ut patet
exemplo Sabinianorum & Cassianorum.

Dux sedet I. C. olim fuerunt, Sabiniani & Proculiani.

Logica I. C. hinc obseruanda est, qui testimonij, adiunctis, dissimilibus inter se disceptant.

Cuius opinio præualeat debet: eius, scilicet qui ualidioribus rationibus argumentatur.

Qui nondum rem emptori tradidit, adhuc ipse dominus est. § utiq; eod.

DE LOCATIONE ET COND^V ctione. Tit. XXV.

Quid est Locatio?

Est obligatio ex consensu de re, mercede certa facienda vel ad tempus utenda. Tria enim sunt quæ ad essentiam huius contractus requiruntur, Consensus, Merces certa & Tempus certum. Merces enim si non sit certa, nec in arbitrium tertij collata: non datur actio locati, sed præscriptis uerbis. Instit. eod. in prin. l. si merces. 25. Locat. Nā si merces est constituta aut data, est locatio: si incerta est, iudicium datur in factū, id est, præscriptis uerbis: si nulla est constituta, est mandati obligatio. l. si tibi 22. De præscrip. uerb. Adhuc in cæteris rebus merces esse non potest;

test: nam si usus rei pro usu rei datur: oritur contractus innominatus do ut des, pro quo datur actio præscriptis uerbis. §. præterea. eod. Denique in faciendo & ad tempus utendo consistit. Nam primò opera artificis tantum conductitur: adeò ut si materia artificis sit, emptionis obligatio oriatur: quia (ut ait Theophilus) materiæ quasi accelsio est opera: si cōductoris, locatio. §. item queritur. eod. l. 2. Locat. Deinde si prædium perpetuò elocetur, nō locatio, sed Emphyteusis est. Ein erbrecht, ein erblehen. Vide Stat. Nor. tit. 23. l. 9. & seqq.

Quid est Emphyteusis?

Est contractus iuris ciuilis, quo prædium perpetuò fruendum alicui traditur, ut quādiu domino pensionem seu redditum canemque pro eo prestat, tamdiu neq; ipsi, neque hæredi eius auferre id liceat. §. adeo autem. eod.

A' quo' nam est introductum hoc ius?

A' Zenone Imp. qui emphyteutici contractus propriam statuit naturam, suis partis fulciendam. d. §. adeò autem. eod. & l. j. C. de iur. emphyt.

Ad quem pertinet periculum rei Emphyteuticas?

Si de hoc aliquid est pactum, id obseruan-
dum est. Sin autem nihil: tum si tota res pe-
rit, domino: si pars, emphyteutæ perit. d. §.
ad eò autem.eod. Atq; hæc de Emphyteusi.

Quænam est natura locationis?

Illa ex cōventione legem accipit, reliqua
ex bono & æquo præstantur. §. conductor.
eo d.l. si merces. 25. §. conductor. eod. Venit
& custodia in hunc contractum. §. qui pro
usu.eod. Deniq; hæres succedit conductori.
§. si.eod.l. uiam. 10. C. de locat. Stat. Nor. tit.
17. l.j. & 2. Stat. Frib. tract. 2. tit. 5.

Quænam oriuntur hinc actiones?

Duæ. Locati, quæ datur locatori: & Con-
ducti, quæ datur conductori. §. j. eod.

DE SOCIETATE. *Von gesellschaft,
gemeinschafft.* Tit. XXVI.

Quid est Societas?

Est obligatio ex consensu, quæ de alicu-
ius rei communione contrahitur.

Quottuplex est Societas?

Duplex. Est enim aut Vniuersalis, quæ est
totorum bonorum: aut Particularis, quæ est
unius

unius alicuius negotiatiōis, aut rei. §. j. eod.
1.5. Pro socio.

*Quot sunt regulæ de lucro & dam-
no?*

Quatuor. I. Aequales partes propor-
tione Geometrica in lucro & damno spe&tantur: nisi aliud conuenit. §. & quidem.eod.l. si
non fuerint. 29. Pro socio. Statut. Norimb.
tit. 18. l.j.

II. Sæpè quorundam ita preciosa est o-
pera in societate, ut eos iustum sit meliore
conditione in societatem admitti. Quia sæ-
pè opera alicuius pro pecunia valet. §. de il-
la. cum seq. eo d. d.l. 29. cum seq. Vnde pro-
verb. natum est, Opera pro pecunia. Exem-
plum est in oratione Cicer. pro Q. Roscio
de Panurgo seruo cōmuni Roscio & Fānio.

III. Pars expressa seruatur in omissa. §.
illud.eod.

IV. Leonina societas est in qua quis
damnum tantum, nullum autem lucrū sen-
tit. d.l. 29.

*Quot modis dissoluitur socie-
tas?*

Quinque. I. Renunciatione tempesti-
ua & non dolosa. §. manet.eod.l. uerum est.
63. in fin. & l. actione. 65. diximus.eod.

II. Morte socij. §. soluitur. eod. d. l. actio-
ne. §. morte. Stat. Nor. tit. 18. l. 7.

III. Fine negotij. §. ite si alicuius. eod.

IV. Publicatione. §. publicatione. eo.
d. l. actione. §. publicatione.

V. Cessione bonorum. §. item si quis. eod.
Vide Stat. Nor. tit. 11. l. 6. in fin.

Quænam oritur hinc actio?

Actio pro socio, in quam ueniunt dolus
& culpa. §. fin. eod. l. cū duobus. 52. §. uenit. l.
socius socio. 72. eod. l. contractus. 23. De
reg. iur.

D E M A N D A T O.

Tit. X X V I I.

Quid est Mandatum?

Est obligatio ex consensu de negotio ali-
quo expediendo nulla mercede constituta.
Nam mercede interposita contrahitur con-
ductio & locatio. §. fin. eod. l. j. Mand. Vbi di-
citur, Mandatum ex officio nasci, cui con-
traria sit merces.

Quotuplex est Mandatum?

Duplex. Aut enim unius causa fit aut plu-
riū. Vnius, ut mandantis, mandatarij, ex-
tra-

tranei. Plurium, ut mandatarij & mandan-
tis, mandantis & extranei, mandatarij &
extranei. Instit. eod. in prin. l. 2. Mand.

*Oriuntur ne obligationes ex omnibus his
speciebus?*

Vna tantum species illa, quæ fit manda-
tarij tantum causa, superuacua est: & ob id
nulla ex ea obligatio nascitur. §. tua tantum,
eod. d. l. 2. Nam,

Consilium non est obligatorium, d. §. tua tantum.
& d. l. 2. l. consiliij. 47. c. nullus ex consilio. De
reg. iur.

At mandatum quod mandatarij tantum causa fit:
est consilium.

Itaque non est obligatorium.

*Sunt ne & alia mandata non obliga-
toria?*

Sunt: ut quæ contra bonos mores & tur-
pia sunt. §. illud. eod. l. si remunerandi. 6. §.
rei turpis. l. si mandauero. 22. §. qui ædem.
eod. Et licet mandatarius ob turpe factum
sit punitus, nullam tamen actionem contra
mandantem habet. l. quod à quoquam. 46.
l. quod quis ex sua. 203. De reg. iur. Quia
suum turpitudinem allegans, non est audi-
endus. l. mercalem. C. de condit. ob turp-
eau.

Quæ-

Quæ nam est regula in mandato?

Mandatarius diligenter debet custodire fines mandati. Itaque si rem mandatam pluris mandatarius emerit, non potest cum mandatore agere in plus quam mandauit. §. is qui exequitur. eod. l. 3. cum 2. seqq. eod. Sed si minoris emit, habet actionem mandati. Quia in toto & pars continetur. l. in toto. 113. c. in toto. De reg. iur. Et in eo quod plus est, semper inest & minus. l. in eo quod plus, 110. c. plus semper. De reg. iur. Denique quia non debet minus non licere, cui plus licet. l. non debet. 21. c. cui licet. De reg. iur.

Quot modis dissoluitur Mandatum?

Tribus. I. Revocatione dum res adhuc integra est. §. recte. eod. l. si uero. 12. §. si mandauero. l. si mandasseim. 15. eod.

II. Morte alterius: nisi per ignorantiam mortis impletum iam sit. §. item si. eod. l. inter causas. 26. in prin. l. si quis. 27. §. morte. eod. l. penul. Si cert. pet. l. 3. C. de solut.

III. Renunciatione, quæ ita fit ut mandati causa sit *integra*. Nam,

Quæ ab initio sunt voluntatis, ex post facto sunt necessitatis. l. sicut. D. de aet. & oblig.

At mandatum ab initio suscipere liberum est.

Man.

Mandatum igitur suscepsum consumandum est. §. mandatum. cod. d. l. si mandauero. 22. §. fin. l. si quis. 27. §. qui mandatum. eod.

Quæ nam actio oritur hinc?

Actio Mandati.

AXIOMATA TIT. XXVII.

Sententia benignior est sequenda. §. is qui. eod. l. semper per 56. l. capienda. 168. De reg. iur.

Iusta & probabilis ignorantia nemini nocere debet. §. recte. cod.

DE OBLIGATIONIBVS QVAB

quasi ex contractu nascuntur.

Tit. XXVIII.

Quid est obligatio ex quasi contractu?

Est qua ex unius solius facto tum ipse, tum alter tacite obligatur: quia eo animo uterque fuisse iudicatur.

Quot sunt facta ex quibus tales obligaciones oriuntur?

Sex. Gestio negotiorum: Administratio tutelæ: Communio rerum: Communio haereditatis: Aditio haereditatis, qua haeres legata-

gatarijs obligatur: Solutio indebiti. I. §. De
act. & oblig.

I. Quid est obligatio negotiorum ge-
storum?

Quæ inde oritur quod quis negotia, ab-
sentis gessit sponte & sine mandato. §. igi-
tur, eod. Eius enim obligationis causa est u-
tilitas absentium.

Quæ nam actio oritur ex hac obliga-
tione?

Actio negotiorum gestorum.

Quottuplex est ea actio?

Duplex. Directa & Contraria. Nam hic
ultimo citroq; nascuntur actiones.

Quid est directa?

Quæ competit domino rei gestæ aduersus
eum qui gessit, ut, scilicet is administrati-
onis reddat rationem ad exactissimam di-
lignantiam.

Quid est Contraria?

Quæ illi qui utiliter gessit negotia, com-
petit aduersus dominum rei gestæ; ut, scili-
cet is reddat quæ impensa sunt.

II. Quid

II. Quid est obligatio administratæ
tutelæ?

Quæ inde oritur, quod tutor rem pupilli
gessit. §. rutores. eod.

Quæ nam actio inde oritur?

Iudicium tutelæ: quod competit finita
tutela.

Quottuplex est ea actio?

Duplex. Directa & Contraria. Nam &
hoc casu mutue sunt actiones ultimo citroq;

Quid est Directa?

Quæ competit pupillo contra tuteorem
ad reddendam rationem tutelæ.

Quid est Contraria?

Quæ competit tutori contra pupillū ob-
impensas & obligationem, uel personalem
(cum, scilicet fideiussit pro pupillo) uel rea-
lem, cum rem suam pignori dedit pro pu-
pillo.

III. Quæ nam est obligatio ex commu-
nione rerum?

Quæ inde oritur quod aliqui in communione
alicuius rei non sponte, sed casu si-
ne societate inciderunt: alioqui uerus con-
tractus esset. §. itē si inter. eod. l. 2. & 3. Com-
mun. diuid.

Quæ

Quæ nam actio oritur hinc?

Communi diuidundo : quæ datur socio contra socium, quòd uel alter solus fructus ex ea re communi percepit, uel alter solus in eam rem necessarias impensas fecerit. Estq; utrinq; directa.

III. Quæ nam est obligatio ex communiione hereditatis?

Quæ inde oritur quòd aliqui cohæredes ex testamento uel ab intestato sunt: quibus datur actio familiæ herciscundæ. §. item iuris.eod.tot.tit.ff.Famil.hercisc.

V. Quæ nam est obligatio ex aditione hereditatis?

Quæ inde oritur quòd ab hære de aliquid legatum est: itaq; is quām primum adiijt hæreditatem, censemur se obligasse ad omnia in testamento relicta: ideoq; tacite legatarijs obligatur, conueniriq; porest per actionem ex testamento. §. hæres quoq;. eod.d.l. 5. §. hæres. De act.& oblig.

VI. Quæ nam est obligatio ex solutio-ne indebiti?

Quæ inde oritur quòd quis soluit per errorem quod non debebat: ideoq; datur dictio indebiti. §. item is cui. eod. d.l. 5. §. is quoq;

quoque. Quanquam hic potius distractus quam contractus est. Nam,

Qui soluendi animo pecuniam dat, potius distrahere quam contrahere uult.

At qui indebitum per errorem dat, animo soluendi dat.

Is ergo potius distracti animum habet.

Semper ergo indebitum repeti potest

Excipluntur pauci casus, quos hoc syllogismo conclusimus : ex §. ex quibusdam. cod.

Ex quibus causis inficiendo lis crescit, ex ijs causis indebitum solutum non repetitur. (Inficiando lis crescit. Auf dem leugnen nimpt die ahnsprach zu.) Hæc propositio prosyllogismo approbari potest. Nam solutum ex causa transactionis nō repetitur. At qui ab initio soluit, uidetur trahere & potius uelle soluere, quam in dubio litis ponere.

At lex Aquilia & legatum uenerabilibus locis relatum, sunt causæ ex quibus inficiando lis crescit.

Itaq; ex lege Aquilia & legato pio solutum non repetitur: ob fanorem religionis, l. persopæ, De religios.

PER QVAS PERSONAS NOBIS
obligatio acquiritur. Tit. XXIX.

Quid nunc sequitur?

Hactenus diximus de speciebus contra-
etuum: nunc de causis acquirendi & amit-
tendi uidendum est: Acquirimus autem uel
per nos, uel per eos, qui in nostra potestate
sunt, ut serui & filijam.

*Quid acquirimus per fi-
lios?*

Quodcunq; per liberos in potestate con-
stitutos ex obligatione fuerit acquisitum, id
diuiditur secundum imaginem proprietatis
& ususfructus. Quodcunq; enim commo-
dum ab actione peruenit, huius usumfructū
pater, proprietatem filius habet. l. cum opor-
tet. l. fin. C. de bon. quæ liber.

*Nihil' ne per liberos homines ac-
quiritur?*

Acquiritur: sed tantum duabus ex causis,
id est, si quid ex operis suis, uel ex re nostra
acquirant.

Q.V.I.

QVIBVS MODIS TOLLITVR
obligatio, Tit. XXX.

Quot modis amittitur obligatio?

Quatuor. Solutione naturali seu reali, Ac-
ceptilatione, Nouatione, & Contraria uo-
luntate:

I. *Quomodo Solutione?*

Cum soluitur quod debitum est, aut a-
liud creditore consentiente. Instit. eod. in
prin. Poteſt etiā aliud pro alio solui, si cre-
ditor consentiat. l. manifesti. C. de solut.

*Liberatur' ne debitor, si alius pro ipso e-
tiam ignorante & inuito
soluat?*

Liberatur. l. soluendo. 39. De neg. gest.
Naturalis enim & ciuilis ratiō suavit alien-
nam conditionem meliorem etiam igno-
rantis & inuiti nos facere posse. Sed qui in-
uito debitore soluit, non habet negotiorum
gestorum actionem. l. fin. C. de neg.
gest. Nec obstat l. inuitus. 39. De reg. iur. Ita
enim loquitur de priuilegijs: deinde hic
agitur de libérando, ad quod iura priora
sunt, quam ad obligandum. Quin etiam sol-

l. 2 uente

uente reo, omnes qui pro eo interuenient, liberantur, ut fideiussores, mandatores, sponsores. Quia soluta principali obligatione, accessoria tollitur. c. accessorium. De reg. iur.

I I. Quid est Acceptatio?

Est imaginaria solutio. *schein salung*. hoc est, in tabulas acceptae pecuniae relatio. s. item per acceptilationem. eod. Vel est liberatio per mutuam interrogationem, qua utriusque contingit ab eodem nexus solutio. l.j. De acceptil.

Quottuplex est Acceptatio?

Duplex. Simplex seu Vulgaris & Aquiliana.

Quid est Simplex Acceptatio?

Quæ una stipulatione constat, per quam tollitur uerborum obligatio & alia quævis, modò in stipulationem dedueta sit: siue in totum, siue in partem. Nam uerbis facta obligatio, alijs uerbis tolli potest. d.g. item per acceptil. & l. nihil tam naturale. 35. l. a. etus. 79. De reg. iur.

Quid

Quid est Aquiliana stipulatio?

Quæ pluribus stipulationibus ultro citro: que factis constat: per eam omnium generum obligatio, in stipulatum deducta, tollitur. Eius formula, à Gallo Aquilio compo: sita, est in §. quicquid. h. tit. & l. & uno. 18. De acceptil.

I II. Quid est Nouatio?

Est prioris debiti in aliam obligationem, uel ciuilem, uel naturalem transfusio atque translatio. l.j. De nouat. &c deleg.

Quottuplex est Nouatio?

Duplex: Personæ aut Rei.

Quid est Nouatio personæ?

Est alterius debitoris in suum locum substitutio, quæ dicitur Delegatio. §. præter ea. eod.l. delegare n. De nouat.

Quid est Nouatio rei?

Cum eadem quidem persona in posteriore stipulatione manet: sed res noua adiicitur, ut conditio aut fideiussor. §. sed si eadem. cod.l. quoties. 14. De nouat.

1 3

Quando

Quando fit Nouatio?

Quando hoc ipsum inter contrahentes expressum fuerit. s. sed cum hoc. eod. l. fin. C. de nouat. Requiritur enim animus nouandi & eius expressio: tum enim nouatio fit, cum nouandi animo ia secundam obligationem itum est; idq; expressum est.

III. *Quæ nam obligations dissoluuntur contraria voluntate?*

Quæ consensu contrahuntur: idq; re integræ. s. fin. eod. d. l. nihil tam naturale. 35. l. omnia quæ iure. 100. De reg. iur.

Finis libri tertij.

Q VÆ-

**Q VÆ STIONES IN
INSTIT. IVST,
LIB. I I I I.**


D E OBLIGATIONIBVS Q VAE
ex delicto nascuntur *So aufß malefitz, misshandlung*
oder mißthätig verhandlungen entſpringen.
gen. Tit. I.

Quottuplex est delictum?

V P L E X. Verum & Quasi delictum.

Quis sunt species ueri delicti?

Quatuor: Furtum, Rapina, Damnum, Inuria.



Quid est Furtum?

Est contrectatio fraudulosa, lucrifaciendi gratia uel ipsius rei, uel etiam usus eius possessionis ue, quod lege naturali prohibitum est admirtere. §.j.eod.l.j.ff. De furt.

Quottuplex est Furtum?

Duplex. Manifestum & Nec manifestum. §. furorum.eod.l.2. De furt.

Quid est Manifestus fur?

Qui deprahenditur cum furto, quod nondum detulit ad eum locum ubi eo die cum furto manere destinauit. d. §. furorum.&l. 3.4.5.6. De furt. Gell.lib.11.ca.18.

Quid est non manifestus fur?

Qui rem detulit quod destinauit. d. §. furorum.&l.5.&8. De furt.

Quænam est poena furti?

Manifesta quadrupli: Nec manifesta dupli.

Quænam furorum species abolite sunt?

Conceptum überzeugt. Oblatum widergebe. Prohibitum, wan der sucher verhindert. Non exhibitum, wan es funden, aber nit widergeben. Vi-

de

de Gell.lib.16.ca.10. Cœl.lib.6.ca.6, de conceptione furti.

DE OBLIGATIONE FVRTI.

Quot sunt igitur in fурto considerantur?

Duo: Obligatio & Actio.

Quænam est formalis causa obligationis?

Contrectatio, quæ fit affectu furadi & inuitu domino. Nam furtum fit non tam amo uendo, quam contrectando rem alienam. §. furtum autem.eod.

Quot modis fit illa contrectatio?

Tribus. Fit enim aut in re, aut in usu rei, aut in possessione rei.

Quomodo in re?

Cum quis alienam rem contrectat, aut liberum hominem surripit. §. interdum etiam. eod. Tumq; agitur criminaliter, non ciuiliter, ut ob plagium.

Quomodo in usu rei?

Cum quis usum alienæ rei in suum lucrum conuertit: ut cum creditor pignore, depositarius re deposita utitur: aut commodata-

15 rius

rius re commodata aliter utitur quam ueniam accepit. d. s. furtum autem. eod. l. qui iumenta. 40. l. si pignore. 54. in prin. De furt. Gell. lib. 7. ca. 15. Valer. lib. 8. tit. 2. Idem est si quis rem sibi commodatam, alij commoda- uerit. d. l. si pignore.

Obiectio.

Furtum sit animo lucrandi.

At qui rem sibi commodatam alij commo dat, ni-
hil lucri sui causa facit.

Is ergo furtum non committit.

Responso.

Species lucri est ex alieno largiri, & be-
neficij debitorem sibi acquirere. Vnde & is
furti tenerur, qui ideo rem amouet ut eam
alij donet. d. l. si pignore.

*Sed ist' ne perpetuo uerum. cum furium commit-
tere qui commodata re aliuer uititur,
quam utendam acce-
pi.*

Duo tantum casus excipiuntur. I. Si com-
modarius dominum permissurum credi-
dit. s. placuit. eod. l. qui re. 76. De furt. Furtū
enim sine affectu furandi non committitur;
& uoluntas ac propositum delinquentis di-
stinguit maleficia. l. qui iniuriæ. 53. De furt.

II. Si

II. Si commodatore uolente id fiat, s. sed
& si. eod. l. inter omnes. 46. s. recte. cum seq.
De furt.

*Quid juris est cum quis seruum alterius cor-
ruinpere tentauit ut furtum fa-
ceret?*

Non solū furti, sed & corrupti serui a-
ctione tenetur. s. unde illud. eod. l. si quis. C,
de furt. Idem dicemus nos de liberis, uxori-
busq; corruptis & solicitatis.

Obiectio.

Vt serui corrupti actio detur, oportet seruum esse
deteriorē factum. l. j. & toto tit. De ser.
corrup.

At in nostro casu seruus non est deterior factus.
Idē in nostro casu non datur actio serui corru-
pti.

Responso.

In hoc casu consiliū corruptoris ad perni-
ciem probitatis introductum punitur: & sic
affectus sine effectu punitur: ne impunitas
inuitet ad delinquendum.

*Quomodo in possessione fit fur-
tum?*

Cum debitor creditori pignus subtrahit.
s. aliquādo. eod. l. itaq; 12. s. sed & si. De furt.

Cre-

Creditor enim excepto usu, pignus possi-
det. l. serui. 16. De usucap.

DE ACTIONE FVRTI.

*Quæ nans actiones dantur pro fur-
to?*

Odio furum plures sunt introductæ actio-
nes. Nam ad rem dantur Actio ad exhiben-
dum, Rei uendicatio & Condictio furtiuæ:
ad pœnam Actio furti. §. fin. eod. l. si pro fure.
7. §. furti. De condicst. furt. l. si pignore. 54. §.
cum furti. De furt. Hodie actio furti crimi-
nalis est. Authen. sed nouo iure. C. de seru.
fugit. §. si quis quinq;. De pac. tenen. In V-
fibus feudo.

*Contra quem competit actio
furti?*

Contra quemuis doli capacem: ideoque
etiam contra impuberem, qui intelligit se
delinquere, id est, qui capax dolisit. §. pen.
eod. l. impuberem. 23. De furt. l. ferè in om-
nibus. 108. De reg. iur. Item contra eos qui
rem furtiuam suscepereunt & celarunt. Der-
haller ist wie der staler. §. sed hæc actiones. eod.
Qui autem furem celant, dicuntur recepta-
tores. Item contra eos quorum ope & con-
filio

filio furtum factum est. §. interdum quoque.
eod. l. in furti. 50. (ubi dicitur luſum perpi-
ciosum non debere esse impunitum) d. l. si
pignore. §. pen. De furt. l. sæpè. 53. De uerb.
signif. Non autem datur contra eos qui con-
ſilium tantum dederunt, niſi furtum ſecurū
ſit. §. certè. eod. nec cōtra eos qui in potesta-
te noſtra ſunt. §. hi qui. eo. l. serui. 17. De furt.
Neq; enim qui potest in furem ſtatueret, ne-
ceſſe habet aduersus eum litigare. d. l. serui.
& l. qui ſeruo. 36. l. si quis uxori. 52. De furt.

Cui competit actio furti?

Non ſolùm domino rei ſurreptæ: ſed &
cuilibet cuius intereſt rem ſaluam eſſe: ut
primò creditor, cuius intereſt ratione iuriſ
in pignore. Nam etſi idoneum debitorem
habeat, expedit tamen ei potius pignori in-
cumbere quam in personam agere. Plus e-
nim cautionis in re eſt quam in persona. l.
plus. 25. De reg. iur. Et commodius eſt agere
actione reali quam personali. Quin & ipſe
creditor debitori ad pignus ſoluta pecunia
præſtandum obligatus eſt. I I. Fulloni &
ſartori: quia horum intereſt ratione custo-
diæ. I I I. Emptori bonæ fidei, quia eius
intereſt ratione iuriſ realis. I I I I. Cōmo-
darario: quia eius intereſt ratione custodiæ:
niſi

nisi dominus agere uoluerit. §. furti autem cum seqq. eod. l. cuius. 10. cum 4. seqq. l. is cui. 85. De furt. l. fin. C. de furt. Depositario autem non competit: quia eius nihil interest. §. sed is apud quem. eod. l. eum qui. 14. §. 3. De furt.

Ad quid datur?

Actio furti datur ad pœnam pecuniariam: & furti quidem manifesti in quadruplum: non manifesti autem in duplum: §. fin. eod. Condictio furtua datur ad rem cum infamia recuperandam. Rei tieudicatio datur ad rem sine infamia recuperandam. Actio criminalis datur ad pœnam corporalem:

A X I O M A T A T I T. I.

Furcum sine affectu furandi non committitur. §. pl. cuit eod.

Calliditati obuiam evadum est. §. sed et si. eod.

Consilium ad perniciem probitatis introducendum puniri debet. d. §. sed & si in fin.

Delicta non debent manere impunita, ne delinquendi occasionem prebeant. d. §. sed et si. in fin.

Inter patrem & filium non potest nasci actio. §. hi qui. eod.

Expedit pignori potius incumbere, quam in personæ agere. §. furti autem. cod. l. plus, 25. De reg. iur.

D E

D E V I B O N O R V M R A P T O- rum. Tit. II.

Quid est Rapina?

Est furtum impudenter & ui factum. Id coque à Juliano I. C. raptor improbus fur definitur. l. 2. §. cæterum. eod. Instit. in prin. eod.

*Quænam actio competit contra ri-
ptorem?*

Qui ui rem auferit, & furtum, & uim committit. Itaq; rapinæ & priuatum & publicum iudicium olim fuit constitutum: priuatum de furto, publicum de ui. Radicalum enim esset leuioris conditionis eum esse qui ui rapit, quam qui clam amouet. Sed postea praetores propriam eius delicti actione introduxerunt, quæ appellatur uis bonorum raptorum & utrumq; delictum, furtum, scilicet & uim compræhendit.

Quænam est poena huius delicti?

Intra annum utilem quadrupli, post annum simpli est. d. l. 2. §. in hac actione. l. fin. C. eod.

Qualis est hac actio?

Mixta. Nam in pœna inest etiam rei persecutio.

Contra

Contra quem competit?

Contra eum qui etiam absque dolo callidoq; consilio, uel rem mobilem quasi suam ui rapuit, uel rem soli inuasit. §. ita tamen, cum z. seqq. l. si quis in tantam. C. unde ui, quæ lex (ut loquuntur) in constitutionibus imperij canonizata est in ordinatione Cameræ, Vvormatiæ anno 1521. facta, tit. *Wie es in irruung der possession halben gehalten werden soll.*

Cui competit?

Non solum illi in cuius bonis res erupta fuit, id est, cuius dominium habuit: sed & illi ex cuius bonis fuit, id est, cuius periculū sustinuit aut custodiam præstare debuit. §. fane. eod. d.l.z. §. in hac actione.

Ex quibus causis competit?

Ex omnibus ex quibus furti actio competit. §. fin. eod. l. z. §. & generaliter.

DE LEGE A Q VILI'A S E V D A M-

no. Von zugefügtem schaden.

Tit. III.

Quid est damnum iniuria datum?

Est damnum quod non iure fit in rebus tam animatis, quam anima carētibus. Iniuria

gia enim hīc non contumelia est, sed damnum culpa datum etiam ab, eo qui nocere noluit. l. sed et si. §. j. eod.

Quot sunt hīc considerandas?

Duo. Capita legis Aquiliæ & Actio legis Aquiliæ,

Quod nam est primum caput?

Quo cauetur de morte sepui aut pecudis, Nam qui seruum alienū aut quadrupedem alienam iniuria occiderit: quanti ea res in eo anno, præterito à die damni dati, plurimi fuerit: tantum domino dare damnatur, In hoc capite tria uerba consideranda sunt: pecus, iniuria occidere & quanti plurimi. Instit. eod. in prin. l. z. ff. eod.

I. Quid est pecus?

Est animal quod gregatim pascitur: ut equus, mulus, asinus, ovis, bos, capra, sus. l. legatis. §. De leg. 3.

II. Quid comprehendit iniuria?

Excludit quidem defensionem (quæ iure naturali permissa est) & casum fortuitum. §. iniuria. eod. d.l. sed et si. §. j. eod. sed continet culpam: cuius tria exēpla hīc sunt. I. de iaculante. l. itē si obstetrix. 9. in fi. eod. II. de putatore. §. itē si putator. eod. l. si putator. 31. m. eod.

cod. III. de medico. §. præterea. eod. l.
qua actione. 7. in fin. cum l. seq. eod.

Quid comprehendit culpa?

Imperitiam & infirmitatem. Imperitia enim culpæ annumeratur. d. §. præterea. eod. & l. imperitia. 132. De reg. iur. Nec uidetur iniquum, si infirmitas culpæ annumeretur: cum affectare quis non debear, in quo uel intelligit, uel intelligere debet infirmitatem suam alij periculosam futuram. l. idem. 8. eod.

III. Quid comprehendunt hæc uerba, Quantum plurimi?

Duo: Æstimationem damni dati, & Interesse. Illa ex uerborum interpretatione patet, & poenalem actionem efficit, quæ ad ha redem nō transit. §. his autem. eod. l. ait lex. 21. eod. l. inde Neratius. 23. §. hanc actionem. eod. l. pupillum. m. §. j. De reg. iur. Hoc ex mente legis per extensionem comprehenditur. §. illud. eod. d. l. ait lex. cū l. seq. eod.

Quod nam est tertium caput legis Aquiliæ.

Quo cauetur de omni damno, extra morte, in animalibus, nec pecudibus, nec quadrupedibus & in rebus inanimatis dato. §. capite. eod. l. si seruus seruum. 27. §. tertio autem.

autem. eod. Et sicut in primo capite de cæ de serui aut quadrupedis: ita hic de qualibet alia re uel cæsa, uel uulnerata, uel rupta agitur: quātū ea plurimi intra xxx. dies proximos fuit. Quia qui ruūpti, minus delinquit quam qui occidit.

Quid uocas ruptum?

Generaliter uoco quicquid quoquo modo peremptum aut deterius factum est. §. ruptum. eod. d. l. 27. §. cum eo. ubi elegantia uerba de methodica lege ab Vlpiano proposita sunt. Non est nouum, inquit, ut lex specialiter quibusdam enumeratis, generale subiectat uerbum, quo specialia complestatur: quæ sententia uera est, id est, est ~~ex uero~~ ~~factum~~. Atq; haec de capitib. legis Aquiliæ.

Quænam oritur hinc Actio?

Actio legis Aquiliæ, quæ est triplex, directa, utilis, & in factum.

Quid est Directa?

Quæ datur ex uerbis & mēte legis Aquiliæ cōtra eos qui corpore suo damnum derunt, id est, corpus læserunt. §. cæterum. & §. sed si quis alienum: ubi exempla actionis sunt. Instit. eod. Ein strackhe klag, die im rechsen mit aufgetruckten worten begriffen ist.

Quid est Vitis?

Est actio extensiva seu collectiva, quæ ex mente & interpretatione iureconsultorum datur contra eos qui alio modo, quam corpore suo damnum dederunt, id est, corpus læserunt, d. s. cæterum, & l. item si obstetrix, g. l. quemadmodum. 29. s. magistratus. l. Quin tus. 39. l. boues. 53. eod.

Quid est actio in factum?

Est actio subsidiaria à prætore introducta cōtra eos, qui citra corporis lesionem damnum in eo dederunt, s. fin. eod. l. & eleganter. 7. s. idem Labeo. De dol. mal.

AXIOMATA TIT. III.

Insidiatorem impunè licet occidere, si aliud periculis effugere non licet & iniuria. eod. Nam iure naturali euenit, ut quod quisq; ob tutelam corporis sui fecerit, iure fecisse existimetur. ait Florentius I. C. in l. ut uim. De iust. & iur. Et aduersus periculum naturalis ratio permittit se defendere: ait Gaius in l. 4. Ad l. Aquil.

Medicus teneatur ad prosequendam curationē; & Medicus derelinquens curationem, culpa reus est si mors sequatur. s. præterea, eod. d. l. 7. & s. cod. Imperitia culpa annumeratur, d. s. præterea, & l. impenititia. 132. De reg. iur.

DE

DE INIVRIIS.

Tit. IIII.

Nomen iniurie quale est?

Generale & Speciale. Generaliter enim significat omne quod non iure fit. Specialiter est contumelia, culpa, iniquitas. Instit. eod. in prin. l. j. in prin. eod.

Quid est Iniuria?

Est contumelia quæ personæ alterius interfertur.

Quot sunt hic consideranda?

Duo. Obligatio & Actio. In obligatione quatuor sunt confid. 1. Quot modis comittatur. 2. Quibus inferatur. 3. Quæ sit pœna. 4. Quot modis atrox aestimetur.

I. *Quot modis committitur iniuria?*

Duobus. Aut enim Corpori interfertur, aut Famæ.

Quomodo interfertur Corpori?

Cum manus alicui interfertur, durch hand abn-legung: ut pugno seu colaphis, fustario, uerberibus: aut domus introitu: & tum competit actio ciuilis ex l. Cornelia. Nam iniuria

m 3 quæ

quæ manu fit, lege Cornelia continetur. §. j., & §. sed & lex. eod. d.l.j. §. j. & l. 5. in prin. & §. domum. eod. Domus enim cuique tutissimum refugium est. I. plerique. 18. De ius uoc.

Quot modis infertur Famæ?
Tribus, Verbis, Literis, Gestibus,

Quomodo verbis?

Cum alicui conuicium fit, ut si quis fur, nequam, latro nominetur, aut mentiri dicatur, aut non debitor quasi debitor appelletur. d. §. iniuria. eod. & l. ite apud. 15. §. si quis bona. eod. Estq; hinc actio prætoria.

Quomodo Literis?

Cum quis ad infamiam alterius aliquid scripsit, edidit, ue aut componi fecit. d. §. iniuria. eod. d.l. 5. §. pen. & d.l. 15. §. generaliter, eod. Hodie ob hanc iniuriam competit publica accusatio, imponiturq; pœna capitallis. l. j. ca. C. de famos. lib.

Quomodo Gestibus?

Cum quis matrem famam, affectatus fuerit; aut alicuius pudicitia attentauerit. d. §. iniuria. eod. d.l. 15. §. tenetur. cum seq. eod.

I I. Qui-

II. *Quibus personis infertur iniuria?*

Aut per semetipsum patitur aliquis iniuriam, aut per aliud.

Quomodo per semetipsum?

Cum directo ipsis patrifam. uel matrifam. sit iniuria. d.l.j. §. j.

Quomodo per aliud?

Cum per consequētias iniuria sit, ut cum nostris liberis, seruis, uxori, nurui fit. d.l. j. §. j. & d.l. sed si unius. 17. §. ait prætor. eod. Item cum libero homini in nostram contumeliam iniuria facta est. d.l. 15. §. item si liberū. eod.

III. *Quænam est pœna iniuria?*

Olim lege XII. Tabb. fuit talio aut mulcta xxv. assium. §. pœna. eod. Gell. lib. 20. ca. J. Hodie reiecta talionis & xxv. assium propter Neratium quendam pœna, honoraria seu pecuniaria imponitur, quæ pro circumstantijs dignitatis & uitæ uariat: & à laeso aestimatur, sed à iudice taxatur. §. sed pœna, eod. l. fin. eod.

III I. *Quot modis aestimatur atrocitas iniuriae?*

Quatuor. 1. ex facto ipso seu re. 2. ex loco seu tempore. 3. ex persona. 4. ex membro seu parte corporis. §. atrox. eod. l. prætor. 7. §.

m 4 atro-

atrocem.eod.l.4.C.eod. Atque hæc de obligatione iniuriae:

DE ACTIONE INIVRIA-
rum.

Quottuplex est actio iniuriarum?

Duplex. Criminalis & Ciuilis. §. in summa.eod.

Quid est Criminalis?

Qua officio iudicis extraordinaria pena reo irrogatur: & eam illustres uiri per procuratores possunt exercere.l.fin.C.eod.

Quid est Ciuilis?

Qua ciuitate pena reo imponitur estimacione facta ab actore.

*Contra quem datur actio iniuria-
rum?*

Contra facientem & contra procurantem. §. non solum. eod. l. non solum. n. in prin. eod.

Quomodo tollitur ista actio?

Dissimulatione, id est, cum quis iniuriam non statim ad animum reuocauerit. §. fin.eod.

A X I O-

AXIOMATA TIT. III.

Defendi uxores à viris, non viros ab uxoribus et quum est. §. patitur.eod.l.2.cod.

Secundum gradum dignitatis, virorum honestatem, crescit, aut minuitur estimatio iniuriz. §. sed pœna.eod.

DE QVASI DELICTO.

Tit. V.

Quot sunt species quasi delicti?

Quatuor. I. Cum iudex per imprudentiam malè iudicat: tum enim litem suam facit. Bindt jme den krieg selbst auff den halß. Instit. eod.in prin.l.5.§.si iudex. De aet. & oblig. l. fin. De extraord. cognit.

II. Cum quis ex cœnaculo aliquid deiciendo aut effundendo alicui nocet. §. item is.eod.d.l.5.§.is quoq;. De aet. & oblig. Publicè enim utile est sine metu & periculo per itinerā commeari. l. j. De his qui deiec. uel effud. Stat.Nor.tit.27.l.j.

III. Cum in fugrunda aut protecto circa publicum iter positum uel suspensum aliquid est, cuius casus alicui nocere possit. §. cui similis.eod.d.l.5.§.cui similis. De aet.l.5.

m 5 §.præ-

§. prætor ait. De his qui deiec. uel effud. Sug. grunda sunt tecti partes prominentes, quibus stillicidia à parietibus arcentur. Protecta autem & proiecta sunt partes domus prominentes: ut sunt mœniana, podia penilia, exedre; unde in uicos & plateas prospectus patet. Stat. Nor. d.l.j. §. 4.l. malum. 242. §. j. De uerb. sign.

III. Cum furtum uel dolus committitur per illos, quorum opera utimur. Nam culpa & quasi delicti species eit, opera malorum hominum uti. §. item exercitor. eod. d.l. §. item exercitor. De act. Vide ff. titul. Naut. caup. stab. &c. Furti aduersi. naut. caup. stab.

Quænam actio competit ex his delictis?

Vna & eadem, quæ dicitur in Factum: quæ in prima specie datur in quantum iudici uidebitur. In secunda ad duplum damni dati in re. At in persona liberi occisi ad L. aureos: læsi autem, ad impendia curationis & aestimationem operarum. Ipsius uero hominis aut cicatricis & deformitatis, nulla sit aestimatio: quia liberum corpus nullam recipit aestimationem. l. fin. De his qui deiec. uel effud. In tercia specie datur ad 10. aureos. Competit autem hæredi, non in hæredem: quia est

est pœnalis: & contra filium fam. ipsum, non contra patrem eius. §. fin. eod. Atque hactenus Personis & Rebus: sequitur legis Actio seu persecutio.

DE ACTIONIBVS.

Quid est Actio?

Est ius persequendi in iudicio, quod sibi debetur. Instit. eod. in prin. l. nihil. 51. De act. & oblig.

Quottuplex est actio seu persecutio?

Duplex. Priuata seu Ciuilis, *Ein burgerliche klag vmb erb vnd eigen.* & Publica seu Criminialis, *Ein peinliche ahnklag in einem malefiz handel.*

Quot sunt confid. in Ciuali actiones?

Duo. Res de quibus litigatur, & Personæ.

De quibus rebus litigatur?

Aut de proprietate seu dominio: ob quod Actiones proditæ sunt: Aut de possessione, ad quam Interdicta fuerunt inuenta.

Quot'nam sunt differentiae actionum?

Sex sunt præcipuae. Prima est quod omnis actio est aut Ciuilis, aut Præatoria.

Quid

Quid est Civilis?

Quæ ex legitimis & ciuilibus causis de-
scendit, ut ex legibus, S.C. cōstitutionibus,
§. sed istæ. eod.

Quottuplex est Ciuilis?

Duplex. Personalis, ut Cōditio: aut Rea-
lis. s.j. Inst. eod.l. actionum. 25. De act.

Quid est Condictio?

Est actio ciuilis in pérsonam, qua aduer-
sarium nobis obligatum, intendimus dice-
re aut facere op̄ortere, semperque aduersus
eundem locum habet. d. §. j. & §. dicere. eod.
& d.l. 25.

Quid est Realis?

Quo ad rem nostram agimus.

Quottuplex est?

Duplex. Aut enim pro re corporali da-
tur, ut Rei uendicatio: aut pro incorporali,
ut Confessoria & Negatoria.

Quid est Rei uendicatio?

Est actio ciuilis in rem corporalem, per
quam rem nostram, quæ ab alio possidetur,
petimus: & semper aduersus eum est, qui
rem possidet. d.l. 25.

Quid est Confessoria?

Est actio ciuilis in rem incorporalem, qua
serui-

seruitutem nobis debiram uendicamus, §,
æquè eod.l.2. Si seruit.uend.

Quid est Negotioria?

Est actio ciuilis de re incorporali, qua do-
minus negat sua prædia alijs seruire. Perti-
net enim ad libertatem prædiorum uendi-
candum. d. §. æquè, eod. & d.l. 2. Si seruit.uend,
l. ut frui. 5. Si usūs fruct. per.

Quid est Prætoria actio?

Quam prætor ex sua iurisdictione intro-
duxit: uel ob penuriam ciuilium actionum,
uel ex æquitate contra exactam iuris ciuilis
rationem. §. aliae. eod.

*Quottuplex est actio Præto-
ria?*

Duplex. In Rem aut in Personam,

Venadicandum nondum usicaptum,
ut Publiciana.

Rescindendum iam usicaptum, ut
Rescissoria seu Restitutoria.

Reuocandum alienatum in fraudem,
ut Pauliana.

Seruliana.

Auocandum
obligatum, ut
Quasi Serulana seu My-
pothecaria.

Actio
Præto-
ria in
Rem
ad
Personam.

Quid

Quid est Publiciana?

Est actio in rem à Prætore Publico introducta, in qua is qui possessione cecidit, dicit eam rem le quasi usucapisse, quam usu non cepit, & ita uendicat suam esse. d. §. aliae.

Quae nam requiruntur, ut hæc actio locum habeat?

Quatuor. 1. Ut res tradita sit à non domino. 2. Ut ex iusta causa tradita sit. 3. Ut ne cum usucapta sit. 4. Ut possessio casu sit amissa. d. §. aliae. & l. j. cum 6. seqq. De Publiciana.

Cur autem non competit directa actio hoc casu?

Quia actio civilis competit domino. Quippe ita proditæ sunt iure civili actiones, ut quis dominium suum, id est, rem ratione dominij uendicet.

At qui nondum usuccepit, non est dominus.

Qui ergo nondum usuccepit, non habet actionem ciuilem seu directam.

Quid est Rescissoria seu Restitutoria?

Est actio prætoria in rem quæ dominus præsens (cuius res ab eo qui absuit usucapta est) intra annum quo absens redierit rescissa usua-

usucapione rem suam quasi non usucaptam uendicat. §. rursus. eod.

Quid vocas absentem?

Qui uel Reip. uel studiorum causa abest, uel in vinculis aut hostium potestate est. d. §. rursus. & l. hostes. 118. l. quos nos hostes. 234. De uerb. sign. Vide tit. Ex quibus cau. majo.

Quid est Pauliana?

Est actio prætoria in rem à prætore Paulo instituta, per quam quæ in fraudem creditorum alienata sunt, rescissa traditione reuocantur. §. item si quis. eod. l. uideamus. 38. 6. 3. De usuris. l. creditores. 10. cum 2. seqq. l. creditor. 55. De uerb. signif. l. fraudis. 79. l. non fraudantur. 134. De regul. iur. Vide tit. ff. Quæ in fraud. cred. & C. de reuoc. ijs quæ in frau. cred.

Quid est Seruiana?

Est actio prætoria in rem qua experitur quis de rebus coloni quæ iure taciti pignoris pro mercedibus prædij obligantur: ut sunt inducta & illata. §. item Seruiana. eod. Vide tit. ff. In quibus cau. pig. tac. contrah.

Quid est quasi Seruiana seu Hypothecaria?

Est actio prætoria in rem qua creditores pigno-

pignora hypothecas'ue persequuntur, d. s. item Seruiana.eod.

Quomodo differunt pignus & hypotheca?

Quoad actionem hypothecariam mouendam nihil differunt. Vtrumq; enim res est pro debito obligata. Sed quod ad proprietatem uerborum attinet: pignus est res tradita creditori, maximè res mobilis. Ein pfandi. Hypotheca uero est res nuda cōuentione, sine traditione obligata, maximè res immobilis, Ein vnderpfandi. d. s. item Seruiana. eod. l. res hypothecæ. 5. De pignor. l. si rem. 9. s. proprie. De pign. aet. l. plebs. 238. s. pignus. De uerb. sign.

Quænam sunt actiones prætoriae in personam?

Quæ ex quasi contractu aut delicto oriuntur.

Quot sunt actiones prætoriae ex quasi contractu?

Tres. De constituta pecunia, De peculio, tutoria. s. in personam.eod.

Quid est actio de constituta pecunia?

Est actio prætoria in personam, qua cum eo agitur, qui sine stipulatione soluturum se constit.

constituit. Der jügesagt hat zübezahlen. In eam transfusa est actio receptitia, quæ aduersus argentarios olim dabatur. s. de constituta, eod. l. 2. C. de constit. pecu.

Obiectio.

Ex parte nudo ciues Ro. non obligantur.

At constituere solutionem, est nudum pactum.

Ex illa igitur constitutione non oritur obligatio,

Responsio.

De iure ciuili nulla est obligatio: ideo prætor ex æquitate honorariam hanc actionem introduxit,

Quid est actio de peculio?

Est actio prætoria in personam, qua pater dominus'ue ex contractu filiorum seruorum'ue peculiorenus cōueniuntur. s. actiones autem. eod. Peculium enim ueluti patrimonium est filiorum & seruorum.

Cur peculiorenus?

Quia pater & dominus iure ciuili non tenentur: quod uult ut alter ex alterius persona teneatur: sed prætor æquitatem considerat: ideoq; peculiorenus illos condemnari uoluit. d. s. actiones. Exceptis pœnaliibus causis. l. ex pœnaliibus. 58. De reg. iur.

Quid est actio iuratoria?

Est actio præatoria in personam, quæ datur ei qui postulante aduersario iurauit deberi sibi pecuniam. &c. item si quis. eod. Et uocatur actio in factum, in l. actori. C. de reb. credit.

*Quot sunt actiones prætoriae ex delicto
seu penales?*

Multæ sunt: quarum in §. penales. h. tria exempla sunt. I. De albo corrupto. l. si quis id quod. De iurisd. II. De eo qui parentem uel patronum sine uenia in ius uocauit. ff. De in ius uocando. III. De ui eximente eum qui in ius uocatus est. ff. Ne quis eu, qui in ius uocatus est, ui eximat.

*Est ne aliud quoddam genus actionum, supra-
dictis affine?*

Est uero, quo d uocatur præiudiciale. & præiudiciales. eod.

Quid est actio præiudicialis?

Est actio in rem, quæ cæteris quæstionibus præiudicium facit, ut scilicet, interea illæ fileant, dum hæc uenitularunt. Habet autem causam seu quæstionem status. l. j. C. de ord. iud. & l. j. C. de ord. cogn.

Quales sunt?

Vna est ciuilis seu legitima, qua quæritur utrum

utrum aliquis liber sit an seruus. I. ordinata. De lib. cau. Duæ sunt prætoriae: Vna qua quæritur utrum aliquis ingenuus, an liberatus sit. l. pen. De nox. act. Altera qua quæritur utrum aliquis filius sit nec' ne. ff. De liber. agnos.

*Ex quo nam genere est Condictio fur-
tuæ?*

Est actio personalis, quæ rei furtiuæ récipiendæ nomine fures tenentur. &. nec enim. eod.

Obiectio.

Actio personalis, id est, si apparet dare oportere, nō competit domino. Nam dari cuique in id intellegitur, quod ita datur, ut eius fiat. Dare enim est dominium transferre. At res quæ iam actoris est, magis eius fieri nequit. Rem igitur quæ actoris est, illi dari non oportet.

At is cui res surrepta est, dominus est.

Is ergo cui res surrepta est, non habet condicitionem.

Reffonfia.

Regulariter quidem nō potest actor rem suam ita petere, si apparet dare eum oportere. Sed odio furum, ut pluribus actionibus teneantur, effectum est ut actione furtiuæ, rei uendicatione, & condicione furtiuæ teneantur.

II. Quæ nam est secunda differentia actionum?

Quod aut simplices sunt, aut mixtæ. q. sequens. eod.

Quæ nam sunt simplices?

Quæ simpliciter rem aut pœnam persequuntur.

Quæ nam sunt persecutoriae?

Omnis in rem actiones: & ex personalibus illæ, quæ ex contractu nascuntur: excepta depositi miserabilis actione. s. rei persequendæ. eod.

Quid uocas actionem depositi miserabilis?

Qua agitur eo nomine quod tumultus, incendijs, ruinæ, naufragij causa depositum est. Nam si aliquo horum casuum depositarius inficietur: præter actionem in duplū reddit: quo casu mista est actio in rem & pœnam. Et datur contra depositarium & eius hæredem si in dolo sit. s. plane. eod.

Quæ nam est actio persecutoria pœnae?

Actio furti. s. pœnam. eod.

Quæ-

Quæ nam sunt mixtæ actiones?

Quæ unæ cum re uel pœnam, uel personam persequuntur.

Quæ nam persequuntur rem cum pœnam?

Actio uil bonorum raptorum, actio legis Aquilæ, & actio ex testamento pro legato uenerabilibus locis. s. ui autem. eod.

Quæ nam persequuntur rem cum persona?

Quæ nō solùm rei respectu iuris aut dominij persequuntur, sed & præstationes personales dolii, sumptum, &c. ut actio familie herciscundæ, communi diuidendo, finium regundorum: quæ uocantur etiam tria iudicia diuisoria. s. quædam. eod.

Quid est actio familie herciscundæ?

Quæ competit cohæredibus de diuidenda hæreditate. Videlicet pronunciatio. 195. s. familiæ. De uerb. sign. l. fin. C. de uerb. sign.

Quid est actio communi diuidendum?

Quæ competit confortibus de diuidenda re aliqua inter ipsos communi.

*Quid est actio finium regundo-
rum?*

*Quæ competit viciniis ad fines agrorum
regundos.*

*Quod est officium iudicis in his tribus iudi-
cij divisorij?*

*Adiudicare & condemnare. Nam si res a-
liqua commodam diuisionem non recipiat,
permittitur iudici ex æquo & bono, ut eam
uni alicui in solidum adiudiceret, cumq; ini-
cem certa pecunia alteri condemnaret. Stat.
Norimb. tit. 36. l. 3. Statut. Friburg. tractat. 3.
tit. 9. §. fin.*

*III. Quæ nam est tertia differentia a-
ctionum?*

*Omnis actiones aut in simplum sunt, aut
in multiplum, ut duplum, triplum, quadru-
plum, &c. omnes autem. eod.*

Quæ nam est actio in simplum?

*Quia rem tantum sine pena persequimur,
In simplum enim agere & rem persequi, i-
dem est.*

Quæ nam sunt in duplum?

*Actio furti nec manifesti, legis Aquiliæ,
depositi miserabilis, serui corrupti, ex testa-
mento pro legatis uenerabilibus locis. §. in
duplum. eod.*

V.

Ques-

*Quæ nam est differentia inter
hac?*

<i>Secundū §. sed torti. eod. pæ- nales alia sunt</i>	<i>Ex acciden- te uel pro- pter</i>	<i>Ab initio seu origi- ne sua, ut actio</i>	<i>Furti nec manife- sti.</i>
		<i>Inficiatio- nem, ut actio</i>	<i>Corrupti serui.</i>
		<i>Morosam dilationem, ut actio ex testamento.</i>	<i>Legis Aqui- liæ.</i>
		<i>Depositum miserabilis.</i>	

Quæ nam est in triplum?

*Olim fuit actio Sportularum in triplum:
qua agebatur contra aëtorem qui maiorem
uera æstimatione quantitatē in libello con-
ventionali inseruisset, ut ex hac causa uia-
tores ampliorem summam à reo exigerent.
Qua de re olim fuit constitutio Græca, quæ
hodie non extat, sed eius locus uacuus est.
I.2.C.de sportul. Earumq; mentio est in con-
stitutionibus imperij, anno 1495. editis. Sed
quoniam eadem sublatæ sunt alia constitu-*

n 4 tione

tione imperij, anno 1500. edita: hodie nulla actio in triplum est.

Quænam sunt in quadruplum?

Actio furti manifesti, actio quod metus causa, actio in factum de calumniatoribus, actio condicitiæ contra executores litium qui contra normam à reis quid exigunt. §. quadrupli. eod.

Quomodo differunt illæ inter se?

In alijs expectatur iudicis iussus seu arbitrium: ut in actione quod metus cœla. Nam in eius natura tacitè continetur, ut qui iudicis iussu rem actori restituit, absoluatur. In reliquis vero sententia iudicis seu condemnatio necessaria est. §. item actio. eod. Tota differentia est in iussu seu arbitrio iudicis & sententia.

III. *Quænam est quarta differentia
actionum?*

Quod aliæ sunt plenæ & largæ, aliæ stricteæ.

Quottuplices sunt illæ largiores actiones?

Duplices. Bonæ fidei & Arbitrariæ.

Quid est actio bonæ fidei?

Est quæ habet largâ & amplam interpre-
tationem.

rationem ex bono & æquo, & in eius forma-
la, aurea illa uerba ascribi solebant. Ex fide
bona: &c sunt tales 17. §. actionum autem, cum
seq. eod. h. fin. C. de petit. hæred.

Quænam sunt privilegia doctri-

Duo sunt. I. Hypotheca tacita. II. Præ-
latio. I. jca. C. de rei uxori. aet. I. assiduis. C.
qui pot. in pign. hab. Stat. Norim. tit. 21. l. 3. &
tit. 22. l. 2. Stat. Frib. tract. j. tit. 14.

*Quod nam est officium iudicis in bone fi-
dei iudicijs?*

Ex bono & æquo debet æstimare, quan-
tum actori restitui debeat: & si quid iniucem
reo actorem præstare oportet, eo compen-
sato, in reliquum condemnare reum debet.
§. in bonæ. eod.

Quid est Compensatio?

Est debiti & crediti inter se contributio.
I. j. D. compensat.

*Quando permittitur compen-
satio?*

Cum actio iure aperto nititur, id est, cum
debitum est liquidum: item cum quantitas
aut genus hinc inde debetur.

In quibus actionibus permittitur?

In omnibus actionibus: excepta actione

depositi. Olim quidem in actionibus stricti iuris per exceptionem doli mali oppositam compensatio inducebatur. Quia dolo malo facit, qui petit quod redditurus est. l. dolo. De except. doli. l. in condemnatione. 173. De reg. iur. Athodie ipso iure minuunt actiones. §. sed nostra. eod. l. fin. C. de compensat. Stat. Norimb. tit. 15. l. 2.

Quid est actio Arbitraria?

Quæ ex iudicis arbitrio pendet: in qua, nisi arbitrio seu interlocutione iudicis reus actori satisfaciat, condemnari: satisfaciens vero absolui debet. §. præterea. eod.

Quattuplices sunt arbitrariae?

Duplices: in rem, aut in personam.

Quot sunt in rem?

Tres. Publicana, Seruiana, Quasi Seruiana seu hypothecaria.

Quot sunt in personam?

Quatuor. Actio quod metus causa, Actio de dolo, De eo quod certo loco promissum, Ad exhibendum.

Quod nam est officium iudicis in arbitrijs?

Permittitur illi ex bono & æquo secundum cuiusq; rei, de qua aëtum est, naturam esti-

estimare, quemadmodum actori satisficeri oporteat.

Quomodo debet sententiam ferre iudex?

Curare debet, ut certæ pecuniæ uel rei sententiam ferat: etiamsi de quantitate incerta apud eum actum sit.

Quid est actio stricti iuris?

In qua iudicis potestas strictis finibus includitur, ut fas ei non sit tam plenā & abundantem facere interpretacionem. In his qui olim plus perijsser, causa cädebat. §. si quis, eod.

Quot modis petitur plus?

Quatuor. I. Re. II. Tempore. III. Loco. IIII. Causa uel modo. §. plus autem. eod. Stat. Nor. tit. 6. l. 5.

Quomodo Re?

Cùm quis maiorem quantitatem petit quam debeatur: aut totum petit cùm pars tantum deberetur.

Quomodo Tempore?

Cùm quis ante diem, uel conditionem petit. Nam qui præmature petit, plus petit: sicut minus soluit, q tardius soluit. l. si cui exempto. 12. §. minus. De uerb. sign. §. fideiſſores;

fores; supra. De fideiussor. Et ut in l. j. De ces- den. dicitur. Dies solutiōis (ut summa) para est obligationis.

Quomodo Loco?

Cūm quis id quod certo loco sibi dari si- pulatus est, alio loco petit pure. Nam utili- tatem promissori admittit pura intentione. Ideoque alio loco petenti, datur actio de eo quod certo loco, quæ est arbitratia. l. j. De eo quod cert. loco.

Quomodo Causa?

Cūm aduersario electio eripitur, quod du- pliciter fit. I. Cūm in obligatione alterna- tiua, altera pars simpliciter non alternatiue petitur. Nam in alterhatiuis electio est de- bitoris. II. Cūm in obligatione generis, species simpliciter petitur. Quia debitor ge- neris haber electionem.

Quæ nam est hodie pena plus pe- tentis?

Hodie quicunque plus petit, inducias (quæ ex conuentione debitori debentur, uel ex natura actionis indulgetur) duplicare: & expētas litis eidem restituere. cogitur. s.hodie. j. De except.

Quid iuris est si minus petitum sit?

Id sine periculo est: quia index in reliquo

in eodem iudicio condemnat. §. si minus, eod. Nec enim donatio præsumitur, quan- do alia coniecta est, præsertim erroris. Ne- mo enim ita resupinus præsumitur ut facile suas pecunias iactet. l. cum de indebito. De probat.

Quid si aliud pro alio sit petitum?

Id etiam sine periculo est. Nam in eodem iudicio seu instantia actor ante litem conte- statam errorem suum corrigere potest. §. si quis aliud. eod.

V. *Quænam est quinta differentia actionum?*

Quod quædam dantur in solidum: quæ- dam in quantum patiuntur facultates. §. sunt præterea. eod.

Quot sunt quæ non dantur in soli- dum?

Septem. I. Actio de peculio. l. quoties. §. j. De pecul. II. Actio de dote. l. maritūm. 12. Sol. matr. III. Actio cum parente pa- trino ue. IIII. Actio cum socio. V. A- ctio contra donatorem. l. diuus. 28. De reg. iur. l. sunt qui. 16. l. inter eos. 18. §. j. De re ind. Stat. Frib. tract. 2. tit. 7. VI. In compensa- tione. VII. In priuilegio cessionis, in bo- nis postea quæsitis. Nam siis qui bonis ces- fit,

sit, postea ad pinguorem fortunam peruerterit: creditores ex integrō agunt, non quidem in solidum, sed in id quod facere possunt, ne egeant. l. fin. C. qui bon. ced. poss. Stat. Nor. tit. ii. i. 6. §. fin. Stat. Frib. tract. i. tit. 14. §. 14. Nam in condemnatione personarum, quae in id quod facere possunt, condemnantur: no[n] totum quod habent extorquendum est: sed & ipsorum ratio habenda est, ne egeant. l. in condemnatione. 173. De reg. iur.

AXIOMATA TIT. VI.

Quod meum est amplius meum fieri nequit. §. nec enim cod.

Illicita procrastinatio vel dilatio punitur. §. si autem bonorum. cod.

Vltra quadruplum nulla actio extenditur. §. omnes autem. cod.

Index debet certam sententiam ferre. §. præterea. in fin. cod.

Qui tardius soluit, minus soluit. §. plus autem. cod. l. si cui ex empto. 12. §. si minus. De uestib. sign.

Merces per singulas regiones diuersa precia habent. §. idem autem. cod.

In stipulatione alternativa & obligatione generis clausio est debitoris. §. huic autem. cum seq. eod. Libellus ante litis contestationem potest corrigi. §. si quis aliud. cod.

Dos ipso iure necessarijs sumptibus minuittur. §. item si de

si de dote. eod. & ff. tot. tit. De impens. in res det. fact.

Inhumanum est spoliatum fortunis suis, in solidum damnari §. fin. cod.

QVOD CVM EO, QVI IN ALIE
na potestate. Tit. VII.VI. Quænam est sexta differentia
actionum?

Quod quædam actiones ex nostro cōtra-
etu aut delicto oriūtur: de quibus hactenus:
quædam ex alieno contractu aut delicto.

Quot sunt quæ dantur ex alieno con-
tractu?

		Connexione : datur Quod iussio.
Scientia & uolun- tate ex		Aqua: da- tor Exer- citoria.
Nego- tiuum ge- stum est parte		Terra: da- tor Insti- tutoria.
Sex sūt. Nam si à fi- lio	Ignorāte & in rē patris uestium	Peculiani: da- trice Tributaria.
		Esi: datur De in- rem verso.
		Non est: datur De peculio.
	Motuua sumptū est; no[n] datur actio per S.C. Maced.	Quid

Quid est actio Quid iussive?

Est actio præatoria in solidum contra patrem cuius iussu cum filio negotium est contractum. Nam qui cum filio contrahit, patris fidem sequi uidetur: quæ in his tribus primis actionibus præcipue operatur. §. si igitur eod. l. j. Quod iussu.

Quid est Exercitoria?

Est actio præatoria in solidum contra exercitorem (qui magistrum naui præposuit) de eo quod cū magistro, eius rei gratia cui præpositus fuit, contractum est. §. eadem. eod. l. j. De exerc. act.

Quid est Institutoria?

Est actio præatoria in solidum contra eum qui institorem tabernæ aut alicui alteri negotiationi præposuit: de eo quod cum institutore eius rei gratia contractum est. d. §. eadem. & l. j. 2. & 3. De instit. act. Stat. Friburg. tract. 2. tit. 9. §. 5.

Quid est Tributoria?

Est actio præatoria, qua pater qui scit filium in merce peculiari negotiari, uelut extra-neus creditor in tributum uocatur. l. j. De trib. act. In hac igitur actione patris condicione præcipua non est: eiusdem enim iuris est, cuius & creditores. Et quoniam ipsis pa-

tri distributio permittitur: si creditor alius queratur sibi minus esse tributum, datur eadem actio, ut alia tributio fiat. §. introduxit. eod. Minus autem tribuit etiam qui nihil tribuit. l. illud. 7. §. si cuius. De trib. act. l. minus. 32. De uerb. signif.

Quid est actio De in rem uerso?

Est actio in solidum contra patrem, sine cuius uoluntate filius contraxit, ut id rotum præster, quod in rem eius necessariò uersum est. §. præterea. eod. l. j. De in rem uerso.

Quid est actio De peculio?

Est actio quæ datur contra patrem ut præster quatenus peculiū patitur. Et hīc patris cōditio præcipua est: ideoq; ante deducitur quod ipsi aut familię eius debetur. §. cū aut. eod. l. sed si. 9. §. peculiū. cum seq. De pecul. l. expenalibus. 58. De reg. iur.

Qui nam est concursus harum actionum?

Qui quatuor priores habet: is & duas posteriores habet: sed electio debet esse de meliori. §. cæterū. cum seqq. 3. eod. l. aliquando. n. De trib. act. Quin & directa actio, id est, certi condicō directa datur, non addito uocabulo institutoriæ, exercitoriæ, &c. Non

o enim

enim sunt actiones, sed actionum adiectiones secundum quosdam. Itaque; directo potest patri condici, tanquam si principaliter cum ipso negotium gestum sit. Quia qui per alium facit, per se facere uidetur. §. fin. eod.

Quid est S.C. Macedonianum?

Est ius quod prohibet mutuum dare eis, qui in potestate parentis sunt: & ei qui crediderit, denegat actionem. §. illud. eod. dictum à Macedone fñeneratore. l. j. De S.C. Maced. Stat. Nor. tit. 13. l. 4. Stat. Frib. tract. 2. tit. 9. §. 4. Atque hæc de Actionibus ex alieno contractu.

AXIOMATA TIT. VII.

Verboſa disputatio est fugienda. §. j. eod.

Vbi eadem ratio, ibi idem ius. §. istas. cod. l. illud. 32.
Ad l. Aquil.

Electio debet esse de meliore. §. ceterum. eod.

S I Q V A D R V P E S P A V P E R I E M F E
cisse dicatur. Von schaden so einem geschicht
durch eins andern vierfueßige thier.
Tit. IX.

Quæ nam actio oritur ex alieno delicto?
Noxalis.

Quid est Noxalis actio?

Quæ ex damno à seruis aut filijs fam. no-
stris,

stris, aut animalibus nostris dato oritur. Prior tamen non est amplius in usu: hæc uero actio de pauperie dicitur.

Quid est actio de pauperie?

Quæ ex damnō à bestijs nostris dato ori-
tur. Pauperies enim damnum est sine iniuria facientis datum. §. j. eod. l. j. §. j. eod.

Quotuplex est?

Duplex. Una ex lege x i i. Tabb. altera ex edicto ædilium descendit. Prior competit ex damno bestiarum mansuetarum: altera ex damno ferarum. Illa ad noxae deditio-
nem: hæc ob uulnus, in æquum & bonum: ob cætera damna in duplum datur. l. j. & l. hi enim. 40. cum seq. De ædil. edict. Una uero cum altera concurrere potest. Nunquam enim actiones poenales de eadem re; id est, ex eodem facto & delicto concurrentes, alia aliam consumit concursu, licet percepcione. §. fin. eod. l. nunquam. 130. De reg. iur. l. nunquam. De priu. delict. Vide Satut.

Norim. tit. 27. l. 2. & 3.

DE PERPETVIS ET TEMPORAE
libus actionibus. Tit. XXII.

VII. Quænam est septima differentia
actionum?

Quod quædam perpetuae sunt, quædam temporales. Ciuires olim erant perpetuae; prætoriae temporales. Verum sacræ constitutiones tam in rem, quam in personam actionibus certos fines dederunt. Illæ enim 10 aut 20: hæc annis competunt. I. sicut cum seq. C. de præscript. 30. uel 40. anno.

VIII. Quænam est octava differentia
actionum?

Quod quædam sunt transitoriae ad hæredes, quædam contra.

Quænam regule sunt in his?

I. Actiones ex contractu hæredi & in hæredem competit: excepta actione de dolo, nisi aliquid ad hæredem ex dolo peruenit. s. aliquando, eod. l. roties. 44. l. cum prætor. 127. l. hoc iure. 152. l. ad ea. 157. De reg. iur.

II. Actio ex delicto contra hæredes non competit. (Noxa enim caput sequitur: & delicta debent suos autores tenere). At hæredibus competit: excepta iniuriarum actio-

nē.

ne. I. sicuti. 38. l. pupillum. iii. s. fin. De reg. iur. l. si pœna. 20. De pœnis. l. sancimus. 22. C. de pœnis. Tit. C. ex delicto defuncti. in quant. hæred. conuen. Nisi lis sit contestata: tum enim actiones pœnales & hæredibus, & contra hæredes dantur. l. ex iudiciorum. 20. De accus. l. pœnaliā. 164. De reg. iur. Nam ex litis contestatione oritur, quasi contractus. l. 3. s. item scribit. De pecul.

DE INTERDICTIS.

Tit. XV.

Quid nunc sequitur?

Hactenus de actionibus, quæ pro rerum dominio & ad res pecuniarias competit, diximus: sequuntur Interdicta, quæ pro possessione dantur.

Quid est Interdictum?

Est forma & conceptio uerborum, quibus prætor aliquid fieri iubebat aut prohibebat cū de possessione, aut quasi possessione inter aliquos contendebatur. Dicitum quia inter duos dicatur. Institut. eod. in prin.

Quattuplex est interdictorum diuisio?

Triplex. Nam primò alia sunt prohi-

Quod nam est interdictum recuperandæ possessoris?

Interdictum. Vnde uī: quod datur ei, qui de possessione uī deiectus est contra defendantem, ut is restituat possessionem. §. recuperandæ. eod. Sed ex constitutione l. si quis in tantam. C. unde uī: aliud est: sicut supia dimicimus in tit. Vi bonor. iapt.

A. C.	Occupat rem mobilem	Suam dominio priuatur.	
		Aliciam: rem cum estimatione restituet uim passo.	
A. C.	Deiectit, de possessione rei immobilis	Sine armis.	Priu- ta.
		Cum armis.	Iulie de ni Publi- ca.

Vide l. armorum. 4. De uerb. sign. l. idem est; §. armis. De uī & ui arm.

Quae nam est tertia diuisio interdictorum?

Interdicta alia sunt Simplicia, alia Duplicita. §. tertia. eod. l. 2. De interd.

Quae nam sunt Simplicia?

In quibus alter actor, alter reus est: ut restitutoria & exhibitoria omnia:

Quae-

Quae nam sunt duplicita?

In quibus par utriusq; litigatoris conditio est: ut prohibitoria duo retinenda posse possessoris.

Quae nam actio datur ex interdictis?

Hodie cum omnia iudicia sint extraordinaria, id est, ius dicatur extra ordinem seu sine ueteri solemnitate. l. j. & 2. C. de form. & impetr. act. subl. ideo sine solennibus interdictis per prætorem reddendis, utilis in factum actio datur. §. fin. eod.

AXIOMATA TIT. XV.

Exitus controvërsia de possessione hic est, ut prius pronunciet index uter possidet: ita enim sicut uictus, petitoris partibus fungatur, & tum de dominio queratur. §. retinenda. eod. l. exitus. 35. De acq. possess.

Longe commodius est possidere, quam petere. d. §. retinenda.

Cum obscura sunt utriusq; partis iura, contra petitorum indicari solet. d. §. retinenda.

Nemo potest solo animo apisci possessionem: licet solo animo possit retinere. §. possidere. eod. l. quæ admodum. 8. De acq. possess. l. licet. 4. C. eod.

DE IIS, PER QVOS AGERE
possimus. Tit. X.

Quid nunc sequitur?

Hactenus de rebus, quæ in iudicium uenient; nunc de personis quæ iudicium constituit: ut sunt Litigantes & Iudex. Illi sunt aut Interuenientes, aut Principales. Hodie enim quilibet aut alieno nomine, aut suo agere potest. Alieno nomine agunt procuratores, tutores, curatores: qui hodie habent sua mandata procuratoria & tutoria.

Quid est Procurator?

Qui aliena negotia mandato domini administrat. l.j. De procur. Stat. Nor. tit. 5. Stat. Frib. tract. j. tit. 6.

Quia nam dicuntur Principales?

Autor & Reus.

Quot sunt in his considerandas?

Quatuor. In ius uocatio, Satisfatio, Arma, Poena temeritatis.

Quid est in ius uocatio?

Est principium instituendarum actionum, quo aduersarius in ius, id est, ad eum qui ius dicturus est, uocatur. §. fin. j. De poena temere

rè litig. Vide Stat. Norimb. tit. 2. Stat. Frib. tract. j. tit. j.

Possunt ne omnes in ius uocari?

Non possunt. Nam generaliter eas personas, quibus reuerentia praestanda est, sine iussu prætoris in ius uocare non possimus. d. s. fin. & l. generaliter. 13. De in ius uoc. Alioqui multa 50. solidorum infligitur. d. s. fin. & l. penul. De in ius uocan.

DE SATISDATIONIBVS.

Tit. XI.

Quid est Satisfiare?

Est aduersario nostro pro eo quod à nobis petijt, ita cauere, ut eum hoc nomine securum faciamus datis fideiussoribus. l.j. Qui satisd. cog.

Quot sunt precipue satisfationes?

Tres. Iudicatum solui, Der vrtel stat ihhn. Rem ratam haberi, Steet vnd quem halten. Iudicio fisti, Dem rechten ausswarten.

Qualis nam est hodiernus satisfandi mos?

Hodie qui suo nomine conuenitur, non cogitursatisfare iudicatum solui, sed de iudicio fisti, si immobilia non possider. §. sed hodie. eod. Nam qui immobilia (quæ loco pigne-

pignorum habentur) possident, satisfare non coguntur. I. sciendum. Qui satisfid. cog. Aliud est in procuratore & defensore. Nam procurator ACTORIS nisi in actis mandatum exhibeat, cauerit rem ratam dominum habitum. §. si autem. eod. REI uero procurator de iudicato soluendo satisfare cogitur: & si quidem reus praesens fuerit, potest ipse sui procuratoris fideiussor fieri uel facta stipulatione in iudicio aut extra, suas possessiones eo nomine obligare, ut fint loco hypotheca. §. si uero aliquis. eod.

Defensor uero absensis satisfare iudicatum solui cogitur. Nemo enim alienae rei sine satisfactione defensor idoneus intelligitur. §. si uero reus. eod. I. qui proprio. 46. §. q. alium. I. non uidetur. 53. De procur. I. nemo alieno. 123. I. qui rem. 166. De reg. iur. Verum Experientia rerum magistra est. Itaque hęc omnia apertius & perfectius à quotidiano iudiciorum usu in ipsis rerum documentis apparent. Vetus hodiernus consistoriorum in omnibus mandatis introduxit clausulam relegatoriam, ut scilicet procurator releguerit ab omnione satisfandi iudicio fisti & iudicatum solui sub hypotheca omnium bonorum constituentis. Vide Stat. Nor. tit. 5. Stat. Fribur. tract. j. tit. 6.

DE

DE EXCEPTIONIBVS.

Von Aufzug, Einreden,

Tit. XIII.

Quænam sunt armareorum?

Exceptiones: quæ defendendorum reorum gratia comparatae sunt, ut æquitas locum habeat aduersus iusticiam seu summum ius. Nam sappè accedit ut persecutio seu actione iusta sit, sed iniqua respectu rei. Instit. eod. in prin. Pluribus quoque exceptionibus utiliter. I. nemo ex his. 43. c. nullus pluribus. De reg. iur. I. nemo. 8. De except. Nec potest uideri de intentione aduersarij con fieri, qui exceptionem obiecit. c. exceptio nem. De reg. iur.

Quid est Exceptio?

Est quædam exclusio quæ opponi actioni solet ad excludendum id, quod in intentionem cōdemnationem ue deductum est. I. 2. De except. Ideoque non uidetur cepisse iudicium, qui per exceptionem remouetur à petitione. I. non uidetur. 13. De reg. iur. Adeò ut nihil interfit, ipso iure quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur. I. nihil interest. 112. De reg. iur. Et definic

sinit debitor esse, qui nactus est exceptio-
nem iustum. l. Marcellus 66. De reg. iur. Nec
locupletior factus est, qui potest exceptio-
ne submoueri. l. si quis obligatione. u5. De
reg. iur.

Da aliquot species Exceptionum?

Exceptio Metus, Doli, Erroris, Non nu-
merata pecuniaæ, Pacti de non petendo, Iu-
risu randi, Rei iudicataæ.

Quottuplex est Exceptio?

Duplex. Perpetua seu peremptoria, Auß-
löschlich. & Téporalis seu dilatoria, außgängig.
§. appellantur. eod.l.3. ff. eod. Stat. Norimb.
tit.6. l.2.

Quid est Peremptoria?

Quæ semper agenti obijci potest: & semi-
per rem de qua agitur, perimit: ut exceptio
doli, metus, rei iudicataæ, pacti perpetui, iu-
risu randi. §. perpetuæ. eod.

Quid est Dilatoria?

Quæ ad tempus obijcitur & temporis di-
lationem tribuit: ut exceptio pacti tempo-
ralis & procuratoriæ. §. temporales. eod. l.
militem. 7. l. qui stipendia. 9. C. de procur. l.
fœminas. 41. De procur. l. fœminæ. 2. De reg.
iur.

DE REPLICATIÖNIBVS.

TIT. XIII.

Quid est Replicatio?

Est allegatio adiuuandi actoris gratia cō-
parata, qua replicatur & resoluitur ius exce-
ptionis. Instit. eod. in prin.

Quid est Duplicatio?

Est allegatio adiuuandi rei gratia ad ex-
cludendam replicationem.

Quid est Triplicatio?

Est allegatio adiuuandi actoris gratia ad
excludendam duplicationem.

*Dantur ne exceptiones fideiussoribus ex, quæ
principali competunt?*

Exceptiones dantur reo ratione uel cau-
ſæ uel personæ. Quæ ratione cauſæ dantur,
illæ & fideiussori competit. Quæ uero ra-
tione personæ dantur, fideiussori non pro-
sunt. Illæ reales, hæ personales dici possunt.
§. exceptiones. eod. l. si tibi. 17. §. si quis. l. &
hæredi. 21. §. fin. De past. l. exceptiones. 7. De
except. l. priuilegia. 196. c. priuilegium. De
reg. iur.

DE POENA TEMERE LITIGAN-
tium. Tit. XVI.

*Quot modis coercetur temeritas litiga-
torum?*

Tribus. Iureiurando, Mulcta & Infamia,
*Quomodo uocatur illud iusfuran-
dum?*

Vocatur iusfuranandum propter Calumniā: estq; sacramentum legitimū quod à litigantibus & aduocatis post narrationem & responsionem præstatur antequam litis certamina exerceant: ita ut actor iuret non calumniandi animo litem se mouisse, sed existimando se bonam causam habere: reus autem quod putans se bona instatia uti ad reliquandū peruererit. l.2. C. de iureiur. propt. calum. dan. l. rem non nouam. 12. C. de iud. §.j. & §.actoris. cum seq. Instit. eod. Authen. Ut litig.iur.in princ. Vide Stat. Norim. tit. 6. Stat. Frib. tract.j. tit. 8.

Quid est MULCTA?

Est poena pecuniaria. l. aliud 13. §.j.l. si qua poena. 24.4. De uerb. sign. Mulcta autem in quibusdam causis ob inficiationem infligitur, in quibusdam ab initio. §.at aduersus. eod.

Ex

LIBER. IIII.
Ex quibus iudicij oritur Infamia?

225

Ex illis, quæ sunt contra ius naturæ & fidem, & quibus laeditur societas humana: ut sunt actiones, primò ex maleficio, furti. ui bonorum raptorum, iniuriarum, de dolo: de quibus etiam pacti ignominia notantur.

Nam,

Confessi habentur pro dominatis. l. j. De confess.

At qui paciscitur, intelligitur confiteri crimen. l. j.

De his qui not.infam.

Qui ergo paciscitur, habetur pro condemnato.

Deinde actiones ex contractu uel quasi, tutelæ, mandati, depositi, pro socio: ex quibus ultima directa est utrinq; & ideo utrinque famosa: tres priores directæ sunt famosæ, non contrariæ. Nam in contrarijs non de perfidia agitur, sed de calculo. l. furti. 6. §.fin. De his, qui not.infam.l.ei apud quem. 5. Depos.

AXIOMATA TIT. XVI.

Magistratus studium debet esse, ne facile homines ad litigandum procedant. In sit. eod. in prin.

Quod nusquam factum esse inuenitur, in consuetudinem abire nequit. §.hæc autem. eod.

Improbis litigatori impensas litis inferre aduersario suo debet: hoc est, ut uulgo dicitur: Vicitus uictori in expensas debet condicari. d. §.hæc aut.

P

Pla.

Plurimum interest utrum ex delicto, an ex contractu aliquis debitor sit. §. item pro socio. eod.

DE OFFICIO IUDICIS.

Tit. XVIII.

Quod nam est officium iudicis?

Illud in primis ut iudicet secundum leges scriptas, constitutiones Imperatorum & consuetudines. Deinde ut in ferenda sententia consideret cuiusq; actionis naturam. Alia enim sententia in noxalibus, alia in rea- libus tam singularibus, quā uniuersalibus: alia in personalibus: alia in diuisorijs iudi- cijs requiritur.

Qualis debet esse sententia in noxa- libus?

Vt dominus, aut decem det aut noxæ de- dat corpus quod nocuit. §. j. eod.

Qualis in rei uendicatione?

Si contra actorem sententia ferenda est, debet possessorem absoluere: si contra pos- sessorem, iubebit ut is rem restituat cum fru- etibus: aut si in præsenti restituere nequit, cautiones de litis estimatione ab eo poscer. §. et si. eod. l. officium. 9. l. qui restituere. 68. De rei uend.

*Qualis**Qualis in petitione hereditatis?*

Iubebit restituui fructus cum re.

Quid in rei uendicatione & petitione ha- reditatis circa fructus est obser- uandum?

Possessor malæ fidei seu p̄do, omnes fru- etus, pendentes, perceptos, & cōsumptos re- stituet. At bonæ fidei ante litigio cōtestatā nul- los, post cōtestatā, omnes restituet. §. et si hæ- reditas. eod. l. bona fides. 136. De reg. iur.

Quod nam est officium iudicis in actione ad exhibendum?

Iubebit reum exhibere rem cum sua cau- sa & fructib. aut si in præsenti exhibere ne- quit, cautionem dare coget: aut ad intérēsse condénabit. §. si ad exhibendum. eod.

Quod nam in iudicijs diuisorijs?

Iudicis officia in his duo sunt: adiudica- tio & cōdēnatio. Nam singulis singulas rē adiudicabit, ubi necessaria erit adiudicatio: & si in unius persona prægrauare uideatur adiudicatio, debet hunc alteri uicissim cer- ta pecunia cōdemnare. Debet autem etiam personaliū præstationū rationem habere in fructibus aut delictis circa res petitas. §. si fa- miliæ. cum seqq. eod. Atq; hæc de causis pri- uatis: nunc de publicis. Vide Stat. Nor. tit. 36. l. 3. Stat. Frib. tract. 3. tit. 9.

DE PVBPLICIS IVDICIIS.

Von halsgerichten vnd peinlichen rechtsveriigungen. Tit. XVIII.

Quid est iudicium publicum?

Est quod ex legibus iudiciorum uenit. I.
j.eod.Dicitur autem publicū, quod cuius ex populo executio eorum plerunq; datur.
Nec per actiones, sed p accusations & inquisitiones ordinatur.Inst.eod.in prin.

Quottuplex est?

Duplex. Capitale & Non capitale.

Quid est Capitale?

Quod morte, uel quasi morte (ut deportatione) plecit criminatos: ut ob crimen læse maiestatis, adulterij & stupri, homicidij, ueneficij, parricidij, falsi, uiolentiæ, peculatus, plagij.

Quid est non capitale?

Quod infamiam cum damno pecuniario irrogat: ut ob crimen ambitus, repetundarum, annonæ, residuorum. §. sunt præterea.eod.

Tῷ θεῷ δέξα.

FINIS QVÆST. IN INSTIT. IVST.

DE GRADIBVS CON-
SANGVINITATIS ET AF-
FINITATIS: ITEM DE
SPONSALIBVS,
& alijs,

Ad causas Matrimoniales pertinentibus.

E X

D.


C.

Item,

BREVIS, EA Q' V E L O G I-
ca tractatio de Iudicijs, eorumq;
forma, seu pro-
cessu.


FAMILIA AVSTRIACA HVC PO-
sita propter exempla sequentium re-
gularum.

Rhodolphus Comes ab Habspurg in Helvetia Imp. electus est,
anno 1273. Austriam bello contra Ottocarum R. Bo-
hemie defensam, sua ditioni adiecit.



Huc etiam Arborem Consanguinitatis inser-
curamus. Vide signum

DE ARBORE CON-
SANGVINITATIS.



personarum inter se mutuæ distantiaæ occu-
lis demonstrari possint.

De Linea.

Linea est series personarum ab eodem sti-
pite descendientium, gradus continens &
numeros distinguens. Estq; duplex: Recta
aut Obliqua.

Recta linea est series personarum recto
ordine ascendentium aut descendientium,
quæ parentum uel liberorum nomine cen-
fentur.

Obliqua linea continet personas collate-
rales, ut fratres, patruales, consobrinos, so-
brinos, &c. Et hæc est æqualis, aut inæ-
qualis.

Linea collateralis æqualis est cùm perso-
næ collaterales pari gradu distant à commu-
ni stipite.

Inæqualis, cum personæ inæqualibus gra-
dibus à communii stipite absunt.

De Gradibus.

Gradus est interuallum, quo una persona
ab alia distat.

Duplex auté est ratio numerádi Gradus:
altera iure ciuili, altera iure canonico rece-
perit. Etsi autem mihi non ignotum est, quid
Bеза

Beza & alij docti viri de hoc negotio docē-
& uerè differant: ego tamen cuilibet suum
iudicium liberum esse uolo: qui ueriora &
meliora habent, eaque sequi possunt: nihil
prohibeo, quò minus sequantur.

De ratione numerandi secundum ius Ciuale.

Rationem numerandi Gradus secundum
ius ciuale, tam in linea recta, quam obliqua,
æquali & inæquali, unica, perpetua & uni-
uersalis regula continet: QVOT SVNT PER-
SONÆ, TOT SVNT GRADVS, VNA DEM-
PTA: uidelicet stipite. Ius enim ciuale in enu-
merandis gradibus præcipue successionum
in hæreditatibus ab intestato & tutelarum
rationem habet, que ad proximum quemq;
agnatum, ab una persona ad aliam perueni-
re confuerunt. I. iurisconsultus. De grad.
& affin. Vbi etiam prolixa graduum enumera-
ratio extat: quorum primo, quartuor perso-
næ cōtinētur. Secundo 12. Tertio 32. Quarto
80. Quinto 184. Sexto 458. Septimo 1024.

De ratione numerandi secundum ius Ca- nonicum.

Sed ius Canonicum illud præcipue spe-
ciat, quæ personæ in coniugio legitimè iun-

gipossint. Cum igitur coniugium duabus personis constet: Canones in uno gradu collateralium duas personas constituerunt. Ac rata ratio numerandi & discernendi gradus Consanguinitatis, tribus regulis comprehensa est: quae in c. ad sedem. 35. quæst. 5. recitantur.

PRIMA REGULA.

In linea recta, quot sunt personæ, tot sunt gradus: de mpto stipite. Ut in arbore familiæ Austriacæ:

M A I O R E S.	Rhodolphus Habsburgensis.
Tritatus.	Albertus Vistoriosus,
Attaeus.	Albertus Sapientis,
Tritatus. Pater.	Leopoldus.
Attaeus. Filius.	Ernestus.
Abauus. Nepos.	Fridericus Tertius.
Proaues. Pronepos.	Maximilianus Primus.
Auus.	Abnepos. Philippus D. Burgundix, R. Hisp.
Pater.	Atnepos. Ferdinandus, Caroli V. frater.
Filius.	Trinepos. Maximilianus Secundus.

Itaq; Maximilianus Secundus à Ferdinandio patre, primo gradu abest: à Philippo uno, secundo: à Maximiliano proauo, tertio: à Friderico abauo, quarto: ab Ernesto atauo, quinto: à Leopoldo, tritauo, sexto: & sic deinceps.

Nomina

Nomina in Recta linea.

Personæ sex in recta linea stipiti propiores, peculiaria nomina habent:

M A I O R E S

V I.	Tritatus.
V.	Attaeus.
III.	Abauus. <i>(grossmutter)</i>
III.	Proaues. <i>Vräni, gros grossuatter, gros</i>
II.	Auus. <i>grossuatter, dñi, grossmutter, anfrau</i> .
I.	Pater.

P E T R V C I V S seu Hypotheticus.

I.	Filius. <i>Kinder</i> .
II.	Nepos. <i>Nef, enciel, enicel, kindkind</i> .
III.	Pronepos. <i>Vndernef</i> .
III.	Abnepos. <i>Nachnef</i> .
V.	Atnepos.
VI.	Trinepos.

SECUNDA REGULA.

De linea obliqua seu collaterali, Aequali.

Quo gradu distat altera persona à communis stipite, eodem gradu inter se distant. Sic Albertus primus & Rhodolphus sunt fratres: Distat autem Albertus uno gradu à Rhodolpho patre. Ergo à fratre Rhodolpho etiam uno gradu abest. Idem est in Caso

gipossint. Cum igitur coniugium duabus personis constet: Canones in uno gradu col lateralium duas personas constituerunt. Ac tota ratio numerandi & discernendi gradus Consanguinitatis, tribus regulis comprehensa est: quae in c. ad sedem. 35. quæst. 5. recitantur.

PRIMA REGULA.

In linea recta, quot sunt personæ, tot sunt gradus: deempto stipite. Ut in arbore familiæ Austriacæ:

M A I O R E S.	R H O D O L P H U S H A B S P U R G E N S I S.
T R I T A U S.	A L B E R T U S V I S T O R I O S U S.
A T A U S.	A L B E R T U S S A P I E N S.
T R I T A U S. P a t e r.	L E O P O L D U S.
A T A U S. F i l i u s.	E R N E S T U S.
A B A U S. N e p o s.	F R I D E R I C U S T E R T I U S.
P R O A U S. P r o n e p o s.	M A X I M I L I A N U S P R I M U S.
A U U S.	A B N e p o s. P h i l i p p u s D. B u r g u n d i x, R. H i s p.
P a t e r.	A T N e p o s. F e r d i n a n d u s, C a r o l i V. f r a t e r.
F i l i u s.	T R I N e p o s. M a x i m i l i a n u s S e c u n d u s.

Itaq; Maximilianus Secundus à Ferdinandō patre, primo gradu abest: à Philippo a-uo, secundo: à Maximiliano proauo, tertio: à Friderico abauo, quarto: ab Ernesto atauo, quinto: à Leopoldo, tritauo, sexto: & sic deinceps.

Nomi-

Nomina in Recta linea.

Personæ sex in recta linea stipiti propriæ, peculiaria nomina habent:

M A I O R E S

V I.	T r i t a u s.
V .	A t a u s.
III.	A b a u s.
III.	P r o a u s. V r á n i, g r o s g r o s w a t t e r, g r o s
II.	A u u s. g r o s s w a t t e r, á n i, g r o s s m u t e r, a n f r a u .

P E T R V C I V S seu Hypotheticus.

I.	F i l i u s. K i n d e r.
II.	N e p o s. N e f, e n c k e l, e n c k e l, k i n d s k i n d .
III.	P r o n e p o s. V n d e r n e f.
III.	A b n e p o s. N a c h n e f.
V.	A t n e p o s.
VI.	T r i n e p o s.

S E C V N D A R E G U L A.

De linea obliqua seu collateralí, Aequali.

Quo gradu distat altera persona à communī stipite, eodem gradu inter se distant. Sic Albertus primus & Rhodolphus sunt fratres: Distat autem Albertus uno gradu à Rhodolpho patre. Ergo à fratre Rhodolpho etiam uno gradu abest. Idem est in Caso

colo

rolo V. & Ferdinando fratre. At Philippus R.Hispaniae ab auo Philippo, secundo gradu distat: Ergo & à Maximiliano Secundo, gradu secundo distat.

Nomina cognitionis in linea Aequali.

I. Fratres, Sorores.

Duarum sororū: Con-	Geschwi-
sorbrini quasi Consor-	
orini.	ssterl kinder.
Duorum fratrum: Pa-	
trules.	Zun andern
Fratri & sororis: Ami-	kinder.
tini uel Amitini.	

III. Sobrini: patruelium, consobrinorum, amitiorum liberi, *Zun dritten kindern: oder geschwisterl kindkind.*

IIII. Sobriaorum liberi. *Zun viersten kindern.*

Itaq; in arbore Austriaca, Leopoldus interfectus ab Heluetijs, & Albertus tertius sunt fratres. Ernestus & Albertus quartus, fuerunt patruelles: sicut & Philippus R.Hispaniae, & Maximilianus secundus. Et sic Maximiliani eiusdem soror patruelis fuit Maria: cuius idem frater patruelis fuit. Frider-

eus tertius & Albertus quintus fuerunt sobrini: illi secundo gradu, hi tertio consanguinei. Maximilianus primus & Ladislaus sobrinorum filij, fuerunt quarto gradu coniuncti. Vide Zasij consilium Germanicum primum.

TERTIA REGVL A.

De Linea collaterali Inaequali.

Quo gradu remotior distat à communī stipite, eodem gradu inter se distant. Ut qui scire, uolet quanto gradu Fridericus tertius Imp. iunctus sit Ladislao R.Vngariae, uideat ultra persona ex his sit remotior à communī stipite Alberto secundo, & quanto gradu ab eo distet. Video autem Ladislauum remotiorem, quarto gradu abesse à communī stipite: unde colligo eundem à Friderico, quarto gradu distare.

Nomina

REGVLAE DE GRADIBVS CON-
sanguinitatis, intra quos coniugia uel pro-
hibita, uel concessa sunt.

PRIMA REGVLA.

*De Linea recta Ascendentium & Descenden-
tium.*

Nullæ personæ, quæ in numero parentū liberorum'ue sunt, nuptias inter se contra-
here possunt. Huius prohibitionis funda-
mentum, in antiquissima illa lege iactum
est Gen. 2. Relinquet homo patrem suum &
matrem suam, & adhærebit uxori suæ. Item
Leuit. 18. & 20. Turpitudinem patris tui &
matris tuę non discooperies. Complectitur
autem lex appellatione patris & matris, a-
uum & auiam, & omnes ulteriùs ascenden-
tes: & appellatione filij & filiæ, nepotem
quoque & neptem, pronepotem & prone-
ptem, & omnes ulteriùs descendentes usq;
in infinitum: cùm omnes in numero paren-
tum liberorum'ue sint. Iure itaque gentium
incestum committit, qui ex gradu ascenden-
tium, uel descendantium uxorem duxerit:
ait Paulus in l. fin. De ritu nupt. Nec enim
nuptiæ consistere possunt inter eas perso-
nas,

nas, quæ in numero parentum, liberorum'ue
sunt, siue pximi, siue ulterioris gradus sint,
usque ad infinitum, ut ait Gaius in l. nuptię.
53. eod. tit. Vnde nec uulgo quæsitam filiam
pater naturalis potest uxorem ducere: quo-
niam in contrahendis matrimonij natura-
le ius & pudor inspiciendus est. Contra pu-
dorem est autem, filiam uxorem suam duce-
re. ut ait idem Paulus in l. adoptiuus. 14. §. j.
eod. tit. Horrendo igitur incestu polluerit
se Thyestes cum filia Pelopeia, ex quo Æ-
gisthus natus est: Oedipus cum matre Ioca-
sta, Nero cum Agrippina.

SECUNDÀ REGVLA.

Iure diuino & naturali incestum commit-
tunt, qui intra primum uel secundum gra-
dum consanguinitatis in linea inéquali cō-
nubium contrahunt. Sunt igitur iure diui-
no prohibita coniugia, primo inter fratrem
& sororem, siue ex utroq; parente commu-
ni, siue altero, siue domi, siue foris genita &
uulgo quæsita sit, Leuit. 18. & 20. Qui accep-
rit sororem suam, filiam patris sui, uel filiam
matris suæ, incestum commisit: occidentur
in conspectu populi. Nec interest, ex iustis
nuptijs cognatio descendant, an uero non.
Nam & uulgo quæsitam sororem quis ueta-

242 DE ARBORE CONSANGVIN,
tur uxorem ducere: ait Scæuola in l. Et nihil
54. De rit. nupt.

Secundò , nec nepoti amitam aut mater-
teram : amitæ uel materteræ matrem , a-
uiam, proauiam : nec patruo aut auunculo
neptem ex fratre uel sorore , illius tñ filiam,
neptem aut proneptem ducere licet. Leuit.
18. & 20. Turpitudinem sororis patris tui &
sororis matris tuæ non discooperies.

Sunt autem in pari gradu seu conditione
consanguinitatis cum amita & materteræ,
neptis ex fratre uel sorore . Ergo has quoq;
patruo uel auunculo nubere nefas est. Sic e-
nīm in l. 17. C. de nupt. Nemini liceat cōtra-
herere matrimonium cum amita & materte-
ra, sorore, sororis filia, & ex ea nepte, prēter-
ea fratris tui filia , & ex ea nepte . Et l. 56. ff.
De ritu nupt. dicitur , etiam si concubinam
quis habuit sororis filiam , incestum cōmi-
fit. Et in Instit. tit. de Nupt. Fratris uel soro-
ris filiam uxorem ducere non licet, sed nec
neptem fratris, uel sororis quis ducere po-
test, quamuis quarto gradu sint. Cuius enim
filiam uxorem ducere non licet, neque eius
neptem permittitur. Sic etiam in l. 39. De
rit. nupt. dicitur : sororis proneptem non
possum ducere uxorem : quoniam parentis
ei loco sum.

T E R

DE ARBORE CONSANGVIN. 243
TERTIA REGVL A.

Vt hæ incestæ commixtiones inter pro-
ximos sanguine iunctos (quas diuinæ leges
expressè prohibent & à quibus natura ipsa
abhorret) maiore cura & reuerentia seruen-
tur: additæ sunt diuinis legibus in iure Ca-
nonico prohibitiones secundi gradus etiā
in linea æquali: item tertij & quarti gradus.
c. non debet. De consang. & affin. Quæ ta-
men prohibitiones iuris Canonici pro cir-
cumstantiarum uarietate, interdum proba-
bili ratione laxari uel astringi possunt. Scie-
dum igitur nō prohiberi legibus diuinis &
Rom. ueteribus connubia int̄ fratribus & so-
rores patruelis seu consobrinos & amiti-
nos, & eorum liberos & nepotes ac neptes.
Sic Maximilianus I I. Imp. in matrimonio
habuit Mariam filiam Caroli V. quę ipsi fuit
soror patruelis: & secundo iuncta gradu. Sic
Philippus R. Hispaniae in matrimonio ha-
bet filiam Maximiliani I I. quæ ipsi iuncta
est tertio gradu. Quare cum in gradibus in-
re Canonico uel alia lege humana tantum
prohibitis , aliqui coniugium contrixerūt,
aut cum post promissionem nuptiarum
coniugitus accessit: non sunt
coniugia dirimenda.

q 2 DE

DE ARBORE AFFINITATIS.

Definitio Arboris Affinitatis.

Arbor affinitatis est series personarū, quæ non ab eodē stipite ortæ & progenitæ, sed uinculo nuptiarum inter sē iunctæ & copulatae sunt. Ut autem cognati, Modestino teste, dicti sunt ab eo, quod quasi una cōmuniterū nati, uel ab eodem orti progenitiū sunt: ita Affines dicuntur, quod duæ cognationes, quæ diuersæ inter se sunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis fines accedit. Sic diuersæ fuere familiæ Ducum Burgundiæ & Regū Hispaniæ. Sed per nuptias Philippi ducis Burgundiæ cum Ioanna filia Ferdinandi R. Hispaniæ copulantur & iunguntur affinitate: ita ut Catharina Ioannę sorori primo gradu consanguinitatis cognata, iungat Philippo duci Burgundiæ sororis marito, primo gradu affinitatis.

Maximilianus I. Austriacus. Ferdinandus R. Hispan.

Philipps D. Burgund. —————— Ioanna. —————— Catharina

DE GENERIBVS AFFINITATIS.

Etsi non sunt propriè gradus in Affinitate, tamen & genera affinitatis discernuntur

& gra-

& gradus personarum à consanguinitate contrahentium computantur. Distinxit enim uetus tria affinitatis genera, quarum in iure Canonico etiam aliquoties mentio fit, quæ pendent ex regula usitata: Persona addita personæ per carnis copulam, mutat genus attinentiæ, sed non gradum.

Primum genus Affinitatis.

Primum genus Affinitatis est, quod una persona, per matrimoniale coniunctionem alteri personæ addita, constituitur.

Secundum genus.

Est quod duabus personis mediantibus, seu per personam primo generi affinitatis additam, contrahitur.

Tertium genus.

Quod per personam secundo generi additam constituitur.

Philip. D. Burgund.

Vladislaus R. Vngariae.

Carolus Ferdinandus. —————— Maria. —————— Ludouicus. —————— Anna uxor
V. —————— R. —————— R. —————— R. Ferdinadi.

Ludouicus R. Vngariae maritus Mariæ, iunctus est Carolo & omnibus Mariæ consanguineis primo genere affinitatis. Sic &

Anna soror Ludouici, uxor Ferdinandi, iuncta est Carolo & omnibus Ferdinandi mariti consanguineis, primo genere affinitatis. Sed si Anna, mortuo Ferdinandio, nupsisset Regi Poloniæ, tum Rex Poloniæ Carolo affinis fuisset secundo genere affinitatis. Sed si Anna mortua Rex Poloniæ duxisset aliam uxorem, puta reginam Angliæ, illa Carolo & illius consanguineis tertio genere affinitatis coniungeretur.

I. Genus. II. Genus. III. Genus.
Ferdinandus.—Anna.—R. Poloniæ.—Regina Angliæ.

Quæ nam genera sint prohibita ex his.

Olim in omnibus his tribus generibus matrimonia erant prohibita. c. nullum. 35. q. 3. In primo quidem genere usque ad septimum gradum; sicut in consanguinitate: in secundo usque ad quartum: in tertio usque ad secundum. Sed duorum posteriorum generum prohibitiones postea abolitæ sunt: in priore uero prohibitus est quartus gradus. d.c. non debet. De consang. & affin.

REGVLÆ DE GRADIBVS AFFINITATIS, intra quos coniugia concessa aut prohibita sint.

PRIMA REGVLA.

Quo gradu uxoris consanguinei cognati sunt uxori, eodem gradu sunt marito affines: & contra, Quo gradu consanguinei mariti sunt cognati marito: eodem gradu sunt affines uxori. Ut Ludouicus R. Vngariae est affinis Ferdinandio, primo gradu: quia uxor eius Maria, soror Ferdinandi, ipsi Ferdinandio iuncta est primo gradu consanguinitatis. At Maximilianus secundus Ludouico affinis est secundo gradu: quia amitæ iunctus est secundo gradu consanguinitatis.

SECUND A REGVLA.

Inter consanguineos mariti & uxoris, nulla est affinitas matrimonii impediens. Nam consanguinei mariti, sunt affines uxori: & consanguinei uxoris sunt affines marito: ita ut uxore mortua nullam ex eius consanguineis intra certum numerum graduum maritus ducere, & marito mortuo nulli ex mariti consanguineis uxor nubere intra aliquot

Anna soror Ludouici, uxor Ferdinandi, iuncta est Carolo & omnibus Ferdinandi mariti consanguineis, primo genere affinitatis. Sed si Anna, mortuo Ferdinando, nupsisset Regi Poloniæ, tum Rex Poloniæ Carolo affinis fuisset secundo genere affinitatis. Sed si Anna mortua Rex Poloniæ duxisset aliam uxorem, puta reginam Angliæ, illa Carolo & illius consanguineis tertio genere affinitatis coniungeretur.

I. Genus. II. Genus. III. Genus.

Ferdinandus.—Anna.—R. Poloniæ.—Regina Angliæ.

Quæ nam genera sint prohibita ex his.

Olim in omnibus his tribus generibus matrimonia erant prohibita. c. nullum. 35. q. 3. In primo quidem genere usque ad septimum gradum; sicut in consanguinitate: in secundo usque ad quartum: in tertio usque ad secundum. Sed duorum posteriorum generum prohibitiones postea abolitæ sunt: in priore uero prohibitus est quartus gradus. d. c. non debet. De consang. & affin.

REGVL.

REGVLÆ DE GRADIBVS AFFINITATIS, intra quos coniugia concessa aut prohibita sint.

PRIMA REGVLA.

Quo gradu uxoris consanguinei cognati sunt uxori, eodem gradu sunt marito affines: & contra, Quo gradu consanguinei mariti sunt cognati marito: eodem gradu sunt affines uxori. Vt Ludouicus R. Vngariæ est affinis Ferdinando, primo gradu: quia uxor eius Maria, soror Ferdinandi, ipsi Ferdinandi iuncta est primo gradu consanguinitatis. At Maximilianus secundus Ludouico affinis est secundo gradu: quia amitæ iunctus est secundo gradu consanguinitatis.

SECVNDA REGVLA.

Inter consanguineos mariti & uxorū, nulla est affinitas matrimonii impediens. Nam consanguinei mariti, sunt affines uxor: & consanguinei uxorū sunt affines marito: ita ut uxore mortua nullam ex eius consanguineis intra certum numerum graduum maritus ducere, & marito mortuo nulli ex mariti consanguineis uxor nubere intra aliquot

q. 4 gradus

gradus possit. Sed consanguinei mariti cū consanguineis uxoris connubio iungi non prohibentur. Vnde pater & filius cum matre & filia: & duo fratres cum duabus sororibus contrahere possunt. Instit. de Nuptijs. Mariti filius ex alia uxore , & uxoris filia ex alio marito, uel contra: matrimonium recte contrahunt: licet habeant fratre sororemq; ex matrimonio postea contracto natos.

De fratribus sorores ducentibus exempla ubiq; obvia sunt. Sic Agamemnō & Menelaus fratres, duxerunt duas sorores Clitemnestram & Helenam. Sic Ludouicus R. Vngariae duxit Mariam: & Anna soror Ludouici, nupsit Ferdinando, fratri Mariae: unde Ænigma Germanicum: picturæ duarum matrum cū infantib; adiectum.

*Diese khind, seind vnsere khind:
Ihr vächter, vnsere brüder sind:
Vnd geschicht alles durch rechte ehe:
Nun ist die frag, wie die sipschafft stehe.*

TERTIA REGVLA.

Inter affines in recta linea ascendentium & descendentium, prohibita & incesta sunt coniugia. Vt enim inter consanguineos, ita inter affines etiam hæ personæ ascendentes & descendentes parentum & liberorum loco haben-

habentur. Nemo igitur suam nouercam uel patris concubinam, uel socrum, uel patris sui aut matris nouercam, uel uitrici aut nouercæ matrem auiamq; uel prosocrum seu uxoris auiam aut proauiam, uel anni auiaæq; nouercam ducere: & è contra: Nulla suo aut mariti defuncti uitrico uel socero, uel patris matrisq; uitrico, uel uitrici nouercæq; patri, uel auo, uel pso cero, seu mariti auo, aut proauo nubere potest. Leuitici 18. Turpitudinem uxoris patris tui non discooperies. Leuit. 20. Qui dormierit cum nouerca sua & reuelauerit turpitudinē matris suæ, morte moriantur ambo: sanguis eorum sit super eos. Eadem lex repetitur Deuter. 22. 27. & 1. Cor. 5. Deut. 27. Maledictus qui dormit cum socrū sua. Et I, adoptiuus. De ritu nupt. Vt sciamus quas non liceat ducere: nec nouercam, nec aui uxorem aut proauij, posse duci, uerius est. Et socrus appellatione, non tantum uxoris mæae mater, sed & auia, & proauia intelligitur, ut nullam earum ducere possim.

Eadem ratio & par prohibitio est in linea descendente. Vt pater aut uitricus uxore mortua non potest ducere priuignam: nec licet ducere nurum aut pronurum, id est, uxorem nepotis uel pronepotis ex filio uel

filia: priuigni uxorem, priuigni uel priuignæ filiam aut neptem, &c. Et mater seu nouerca marito mortuo non potest nubere priuigno, genero, priuignæ marito, progenero, id est, marito neptis seu proneptis ex filio uel filia, priuigni uel priuignæ nepoti aut pronepoti. Leuit. 18. Turpitudinem uxoris tuæ & filiæ eius non reuelabis. Filiam filij eius & filiam filiæ illius non sumes ut reueles turpitudinem eius. Quia talis coitus incestus est. Et in d.l. adoptiuus. De ritu nupt. Priuigna non solum ea mihi intelligitur, quæ uxoris mea filia est, sed & neptis & proneptis: ut nullam earum ducere possim. Nurus quoq; appellatione non tantum uxor filij, sed & nepotis & pronepotis continetur: licet quidam hos pronurus appellant. Item luxorem. eod. tit. Vxorem quondam priuigni coniungi matrimonio uitrici non oportet: nec in matrimonium conuenire nouercam eius, qui priuignæ maritus fuit. Et in §. affinitatis. Instit. de nupt. Affinitatis ueneratione à quarundam nuptijs abstinere necesse est: ut ecce priuignam aut nurum uxorem ducere non licet: & quæ sequuntur.

Nomina

Nomina Affinitum: ex Modestino I.C. in l. non facile. De gradibus.

Socer, einschwefer: est pater uel

Vxoris, Græcis *πενθερός*. Ut Philip-
pus D. Burgundiæ est *πενθερὸς* Lu-
donici; & Ladislaus Ferdinandi.

Mariti, Græcis *ένυρδος*: Ut Philippus
D. est *ένυρδος* Anna, & Ladislaus Ma-
rie.

Prosocer uel socer magnus est annus

Vxoris. Sic Maximilianus I. est prosocer
socius Ludouici.

Mariti. Sic Maxim. I. est prosocer
Anna.

Socrus, einschwiger, est mater

Vxoris, Græcis *πενθερά*,
Mariti Græcis *ένυργα*.

Sic Myrrhina est *πενθερά* Pamphili in Tere-
tij Hecyra: Sostrata uero est *ένυργα* Phil-
umenæ Pamphilo nuptæ.

Myrrhina. | **Sostrata.**
|
Philumena. ————— **Pamphilus.**

Prosocrus uel socrus magna, est annia

Vxoris.
Mariti.

Gener

Gener est filiae maritus, *aidem*, *tochterman*. Sic Ferdinandus est gener Vladislai: Ludo-
uicus Philippi.

Progener est maritus neptis respectu cui
uel auiae. Sic Ludouicus est progener Maxi-
miliani primi.

Nurus, filij uxor, *sohnsfrau*, *schnur*. Sic Ma-
ria est nurus Vladislai: Anna nurus Philip-
pi.

Pronurus, nepotis uxor. Sic Anna est Ma-
ximiliani primi pronurus.

Vitricus, *stieffüter*. Nouerca *stieffnuter*.

Priuignus *stieffson*: Priuigna *stieffochter*.

Leuir, mariti frater. Sic Anna uxor Ferdi-
nandi, Carolum uocat Leuirū. Græcis *Aux*:
ut Iliade.

Glos, uiri soror & fratri uxor, *geschwet*.
Sic Anna Ferdinandi uxor, est Glos Mariæ
& Caroli.

Duorum fratrum uxores Græcis dicun-
tur *avartēper*. Sic Quinti & Marci Ciceronum
coniuges Pomponia & Terentia (mulieres
morosæ) sunt *avartēper*. Alexander Papa in c.
quod autem. 35. q. 5. corruptè appellauit ia-
nitrices, quasi eandem ianuam tenétes, uel
per eandem ianuam intrantes. Græci uer-
sus à Modestino etiam in Pandectis ex Ho-
mero allegantur, ubi Hector interrogans an
abie-

abierit aliquò Andromacha ad forores uiri
aut fratrum coniuges, inquit:

*ών τον ἀνδρόνα καὶ τευκών οὐκ εἴη μεγάροιο
ἥς πη ἐς γαλάνων, οὐ εἰσατέρων οὐ πέπλων.*

Omnia autem hæc Affinium nomina (po-
strem excepto) intra primum affinitatis
gradum, & in primo affinitatis genere con-
sistunt.


QUARTA REGVLA.

In linea collaterali coniugia iure diuino
& naturali inter affines primo gradu, & us-
que ad secundum gradum in linea inæqua-
li prohibita & in cesta sunt. Nemo igit mor-
tui fratri sui uxorem, uel mortuæ uxoris so-
rorem, uel patruī, aut auunculi uxorem, uel
soceri aut socrus suæ sororē, uel nati ex fra-
tre aut forore filij, aut nepotis uxorem, uel
natam ex uxoris suæ fratre aut forore filiam
aut neptem ducere: Nec ulla mortui mariti
fratri uel mortuæ fororis marito, uel mariti
patruo aut auunculo, uel amitæ aut mater-
teræ marito, uel soceri, aut socrus fratri, uel
nato ex mariti fratre aut forore filio, aut ne-
poti, uel sui fratri aut fororis filiae aut ne-
potis marito nubere potest. Leuit. 18. Vxorē
fratri sui nullus accipiat: nuditatem uxo-
ris fratri cui nō reuelabis: quia nuditas fra-
tris

tris tui est. Marci 6. Non licet tibi habere eā. Leuit. 20. Qui duxerit uxorē fratris sui, incestum commisit. Interdictum ergo fuit conubium Henrici VIII. Angliæ R. cum Arturi fratri uxore Catharina, Caroli V. matrterea; & Sigismundi R. Poloniæ cum mortuæ coniugis sorore, filia Ferdinandi Imp.

Henricus 7. R. Angliae.

Ferdinandus R. Hisp.



Leuit. 20. Qui coierit cum uxore patrui aut auunculi, & reuelauerit nuditatem cognati sui: portabunt ambo peccatum suū.


Iam quæ prohibitio in personis masculini sexus facta est, eadem etiam in personis muliebris sexus constituta intelligi deberet: & qui gradus in linea ascendentē prohibetur,

tur, idem etiam in linea descendente prohibitum esse non dubitetur. Quare ut patrui uel auunculi uxorem: ita etiam nepotis ex fratre uel sorore uxorem ducere prohibeatur: Nec mulieri, amitæ suæ aut materteræ marito, nec neptis ex fratre, uel sorore marito nubere licet. Sic in Tit. C. de incest. & inutil. nupt. Fratris uxorem ducendi uel duabus sororibus coniungendi licentiam penitus submouemus.

VINTA REGULA:

Etsi iure Canonico usque ad quartum affinitatis gradum inclusiue & politicis quadrangulare regionum legibus usq; ad tertium gradum in linea inæquali coniugia interdicta sunt, hoc fine ut diuinæ prohibitiones maiori reverentia seruentur: tamē inter affines secundo gradu in linea collarerali & æquali, non sunt diuino iure coniugia prohibita. Sic Ioachimus secundus Elector Brandenburgicus duas consobrinas duxit.

Casimirus R. Polonie.



Eodem modo potest una & eadem duobus fratribus patruelibus nupta esse.

SEXTA REGVLA.

In secundo & tertio genere affinitatis in linea collaterali, præcipue in primo gradu, iure diuino & humano, & ipsis etiam canonicibus concessa sunt coniugia. d. c. non debet. De consan. & affin. Vt Ferdinandus frater Mariae, habuit in uxorem Annam R. Vngariae. Mortuo Ferdinando, si Anna nupsisset R. Poloniæ, tum mortua Anna R. Poloniæ potuisset ducere Mariam, sororem Ferdinandi.

Philipus. I. Genus Affinitatis. II. Genus Affin.

Maria. Ferdinandus. —— Anna. —— R. Poloniæ.

Hinc apparet ex duorum fratum mortuorum coniugibus, aliquem priore mortua, alteram ducere posse.

Fratres.

Regina. — Simon. Paulus. — Maria. — Martinus, mortua Maria petit Reginam.

Cum enim Martinus sororem Pauli secundo genere affinitatis ad se pertinentem ducere

cere potuisset, multò magis Reginam Pauli affinem ducere poruit. Idq; multò tolerabilius est in linea collaterali, quām ascendentē: ut priuignus à uitrici defuncti uxore abstinere debet. Maior enim reuerentia patris thoro debetur, quām fratri aut sororis. Itaque nec priuigni mortui uxorem uitrico ducere licet: tametsi secundo genere affinitatis ei iuncta sit. l. 15. De rit. nupt. Vxorē quoniam priuigni, coniungi matrimonio uitrici non oportet: nec in matrimonium nouercā ei conuenire, qui priuignae maritus fuit. Et in hoc etiam casu locum habet regula: Semper in coniunctionibus non solum quid licet, considerandum est, sed & quid honestum fit. Atque hæc de Consanguinitate & Affinitate, propter quas impediatur matrimonia: sequuntur & aliæ causæ impediētes.

C A V S A E P R O P T E R Q V A S M A-

trimonia impediuntur de iure

Ciuiti.

I. Propter cognationē legalem seu adoptionem. l. adoptiuus. 14. De ritu nupt. Adoptiuus filius si emancipetur, eam quæ patris adoptiū uxori fuit, ducere non potest: quia nouercæ locum habet. Instit. de nupt. Si quæ per adoptionem sorori tibi esse cœpe-

rit,

rit, quādiū quidē constat adoptio, sānē inter te & eam nuptiæ confistere non possunt.

II. Ob præsumptā fraudē. Vt inter tutorē & pupillā, curatorē & curæ subiectā:tutoris filiū filiamūe, & pupillū, pupillamūe. I. tuto. 36. I. senatuscōsulto. 59. De rit.nupt.& C. tit. De interd.matr.int.pupil.&tutor.

III. Inter præsidē & mulierē prouinciale. I. si quis officiū. 38. I. qui in prouincia. 57. De rit.nupt. & C. tit. Si rector prouinciae. &c: Si quacunq; præditus potestate.

IV. Inter raptorem & raptam. Authent. 150. De ea quæ raptori suo nubit.

V. Inter senatorem & libertinam: ne uidelicet ordo senatorius per matrimonia plebeiorum pollueretur. I. lege Iulia. 44. De rit.nupt.

Cum autem hæ prohibitiones, rationem non in natura aut lege diuina positā, sed ciuilem tantūmodo habeant: pleræq; in Canonibus mitigatæ aut sublatæ sunt.

C A V S A E M A T R I M O N I V M I M P E-
dientes de iure Canonico. quæ 14. numeran-
tur in his uersibus.

Error, conditio, motum, cognatio, crimen,
Cultus disparitas, uis, ordo, ligamen, honestas,
Si sis affinis, si forte coire nequibus.

Et hæc calaminig. se prodit.

DE ERRORE.

Cum coniugia mutuo consensu contrahantur, nec quicquam consensui tam contrarium existimetur, quām error & coactio: in iure Canonico 29. q. j. regulæ traduntur de 4. speciebus erroris, in Fortuna, Qualitate, Persona & Conditione.

I. *Regula.*

Error fortunæ & qualitatis, cōiugij consensum non excludit.

II. *Regula.*

Error personæ & conditionis, coniugij consensum excludit.

Definitiones.

Error fortunæ est, quādo spōsus uel sponsa diues esse existimatur, qui pauper est.

Error qualitatis est, cum sponsa putatur esse pba, caſta, pudica, industria, economa: quæ ab alio compressa, uel ebriosa, ignaua aut prodiga est.

Error personæ: ut si fœminæ, ex tribus alicuius filijs, desponeatur ipius consensu primogenitus: postea tradatur medius aut natu minimus.

Error cōditionis est, cum quis liber, ignorans ducit ancillam, putans esse ingenuam:

aut libera ignorás nubis seruo, quem putat esse liberum. Hæc coniugia olim rescindere liberum fuit: 29. q.2.c. si quis ingenuus. & in Authenticis, constit. 22. Quod si quis liber, sciens ancillam duxisset, dimittere eam non licebat. 29. q.2.c. si quis liber.

In errore Qualitatis, ac nominatim in eo casu, quo quis ignorans dicit uiciatam auctoritatem ex alio, sanctius canonicum 29. q.j. ut maritus eam retineat: tametsi multò molestior & intolerabilior hic error est, q; si quis ancillam pro libera ignorans duxisset. Sed in quibusdam Cōfistorijs, cum quis purans se uirginē ducere, post nuptias comperit eam ex alio auctoritatem, aut ante nuptias compressam esse, ideoq; eam accusat, & se ab ea seiungi petit, hic ordo seruatur.

I. Si negat uxor se ante fuisse cōpressam, neque id à marito euidentibus testimonijs probari potest, etiam si aliquæ subsint suspicções: tamen ab ea nequaquam separatur, ut Deut. 22. clarè iubetur maritus in hoc causa uxorem retinere.

II. Si factum est notorium (ut si ante tempus auctoritatem fuerit, aut pepererit) initio iudex tentat reconciliationē, & mulieri præcipit, ut cum omni subiectione petat à marito lapsum sibi condonari: & uicissim matritum

gitum adhortatur, ut remitto ac testo mulieris næuo, eam ad se recipiat.

III. Si non potest flecti maritus, ut eam recipiat, inquirit iudex ex marito & muliere, an postquam rescivit maritus uxori suā prius ab alio compressam esse, deinceps etiam consuetudine coniugali cum ea usus sit. Quod si postea quoq; cum ea cōcubuit, non est faciendum diuortium: quia maritus sciens & uolens consensit in coniugalē cōsuetudinem cum ea, nec potest allegare erōrem.

III I. Inquirit iudex ex muliere an post celebrata cum hoc uiro sponsalia, corpus suum alteri prostituerit. Id si confitetur mulier, simpliciter iudex, tanquam in casu adulterij, pro diuortio pronunciare potest.

V. Si ante sponsalia uirginitatem amisit mulier, & uir (cui tāquā uirgo nupsit) postquam comperit eam ab alio stupraram esse, non atrigit eam, nec flecti potest, ut eam uolens recipiat, sed simpliciter petit se ab ea separari: imitatur iudex exemplū legis Mosaicæ, eò usq; ut de diuortio pronuncietur. Nam lex Mosaica Deut. 22. capitali supplicio affici iubet mulierem, quę postea uelut uirgo alteri nupsit, cum ab alio uiciata esset.

DE CRIMINE.

Crimē coniugii impediens, est si quis sororem eius, quā sibi despōderit petit, stupravit: si morte aliquis machinatus est marito illius, quā dūcere cupit: si eā, quā priore marito adhuc uiuente, adulterio polluit, conubio sibi iungere petit. In hoc casū ius Canonīcum coniugii prohibet. 31. q.j.c. nullus. & c. illud uero. & lib. 4. Decret. De eo qui dux in matrim. quam poll. per adult.

DE VI SEV COACTIONE.

Visseu Coactio à coniugio (quod mutuo & libero consensu coire debet) meritò longissimè remouetur. Nec cogendi suar liberi aut alij, ut contra naturae inclinacionē ducent personas, à quibus abhorret. Vbi enim inuiti unauiuunt & discordes sunt cōiuges, infinita mala sequuntur. Sed si patre cogete, filius dicit uxore, quā nō duceret si sui arbitrij esset: contraxit tamē matrimonii, quod inter inuitos nō contrahitur. Maluisse enim hoc uidetur. l. si patre. De rit. nupt.

Inter raptorem & raptam ius ciuale confluit, ne puella raptū passa, raptoris suo unquam nubat: & omnia raptoris bona pueræ attribuit. Si uero nubit raptoris, ius succedendi in bonis mariti ipsi eripit. Quod si pat-

rer consenserit raptum passæ filię suæ, ut raptori copuletur: tunc in exilium mittitur. In Authen. Constit. 150. Sed Canones 36. q.j. & 2. & 28. q. 2. distinctius explicant. Nam raptuel alteri despōnsa fuit, uel uirgo, aut uidea est: & uel uolens, uel inuita rapitur. Quod si puella uolens in raptum consenserit: & postea parentū etiā uoluntas accedit: raptor raptam ducere non prohibetur. Raptus exempla aliquot Herodotus in prima pagina recenser & Romani historici Sabinarū raptorum meminere. Sæpā aut in stupro depræhensi, ἐπ' αὐτοφάρω, ui coguntur promittere coniugium & retinere stupratas: sicut in politiā Mosis lege etiam cogebantur stupratores, à se compressas ducere, & dotem ijs attribuere. Exod. 22. Deut. 22. Tales promissiones, maioris incōmodi uitandi causa factæ, non simpliciter inuoluntariæ & coactæ, sed mixtæ sunt: in quibus uoluntas, duobus malis propositis, id quod minus esse iudicat; sponte eligit.

DE LIGAMINE.

Ligamen uocant, cum quis alteri promiserit coniugium, & postea aliam sibi despōderi peti. Hic usitato iure primam retinere iubetur.

Publica honestas impedire existimatur, ne quis mortuæ sponsæ suæ sororem matrem, aut alioqui consanguineum ducere; & ne qua mortui sponti fratri aut filio, alijs uie illius cognatis, usq; ad quartum gradum nubere posit. l. si qua. De rit. nupt.

DE IMPOTENTIA.

De impotentia reddendi debitam benevolentiam uxori, constitutum est in c. requisisti. 33. q. 1. & c. laudabilem. De frigid. & malef. ut post exploratam continuo triennio uiri frigiditatem, personæ cohabitantes se jungi, & mulieri liberos procreare cupienti, alteri nubere concedatur.


DE SPONSALIBVS.

Definitio,

Sponsalia sunt stipulatio & promissio futurorum nuptiarum mutua, inter sponsum & sponsam facta per parentes, consensuue parentum, aut eorum qui parentū loco sunt. Dicuntur autē sponsalia à sponte spondendo: unde & sponsi sponsæq; appellations natae sunt. Non igitur cogere debent parentes filios aut filias ad coniugia, à quibus abhorrent: sed tales generos & nurus eligat, quibus liberi de parentum consilio uolentes nubant. Sic parentes Rebeccæ Gen. 24. puellam uocant & eius uoluntatem quærunt.

gunt, Statutum itaq; est in c. requisuit. De sponsal. cùm libera debeant esse matrimonia, monendam esse potius uirginem quam cogendam, cùm coactiones difficiles soleat exitus frequenter habere: & paulò ante: Cùm locum non habent consensu, ubi metus uel coactio intercedit: necesse est ut ubi assensus cuiusq; requiritur, coactionis materia repellatur. Matrimonium autem solo consensu contrahitur: & ubi de ipso queritur, plena debet securitate ille gaudere, cuius est animus indagandus: ne pertimorem dicat sibi placere, quod odir: & sequatur exitus, qui de inuitis solet nuptijs prouenire.

Species Sponsaliorum.



I. PUBLICA ET CLANDESTINA.

Publica sponsalia sunt, quæ corā aliquor fide dignis testib. qb. pbari queūt, cōciliant.

Clandestina sunt, quæ sine præsentia hominorum testium, inter solos contrahentes clanculū cōflantur: uel cum nuptiæ coēunt omissis solennitatib. publicis, ut sunt benedictio, & quæ eam præcedit, denūciatio publica seu proclamatio in ecclesia. Ad has arcanas despōsationes, pertinēt illæ, quæ sine consensu parentum astringuntur. Etsi enim d.c. requisiuit: postulat sponsi & sponsæ consensum: nō tamē licet adolescentib. & pueris (q. in parētū aut curatorū potestate sunt) pro sua libidine cum quibuslibet cōtrahere inscientibus aut inuitis parentibus, quorū in potestate sunt: sed cōsensum parētū præcedere oportet: quo nō accedere, clandestina sponsalia iure diuino, ciuili, canonico, & naturali inania & irrita esse iudicantur.

*Hæretici
liberis dicti
Cœcili. Trile.
ges. 24. de re
for. m. cc. c. 1. Singr.*

Primò enim Lex diuina nō modo in genere honore & obedientiā parentib. à liberis deberi sancit Exod. 20: uerū etiā hūc casum in specie determinat, ut parentū cōsilio & autoritate liberi matrimonia cōtrahant. Imò etiā potestatē eripiendi filiā ab alio stuprata, eiusq; matrimonio lege Mosaica debitā, patri assentire nolēti cōcedit. Exod. 22. Exempla consensus paterni sunt in sacris mūlta, & de Samsonē Iud. 14. Sic ante legē Mosi datā, Abrahamus filio Isaco uxori Rebēccā

ab

ab illius patre Rahuele peti & desponderi curar: Gen. 24. Sic Isactis idem filio Iacobo mandata dat de coniugio cum Labani filia cōtrahendo: & offenditur alterius filij Esau inobedientia, qui inuitis parentibus Canaanæas duxerat. Gen. 26:28.

Secundò accedunt leges Cæfareæ; quib. diuina uoce iubemur nō tantū propter irā, sed etiā ppter cōscientiā obediens. Sic Instit. de Nuptijs dicit: Iustas nuptias inter se contrahunt, qui secundū precepta legū coēunt: dū tamen, si filij fam. sint, cōsensum parentū, in quorū potestate sunt, habeāt. Nā hoc fieri debere & ciuilis & naturalis ratio suadet: in tantū, ut iussus parentis præcedere debeat. Hunc parentū cōsensum tantoper flagitiat leges, ut patre absente, etiam si ubi sit & an adhuc uiuat ignoreat: tamen filio tres anni expectandi sint: ut patris cōsensu matrimonium inire possit: imò nē quidē ad hēreditatem admittunt liberos, ex coniugio sine patris, aut aui uoluntate contracto suscepitos; nisi filius fuerit emancipatus, aut talem ducat, ut certum sit patrem si præfens esset, ei. ius conditionē nō repudiaturum, l. si ne pos. l. si ita. l. si filius. l. filius fam. l. filius emancipatus. l. nuptiæ. De rit. nupt. l. si, ut proponis. C. de nupt.

Tertiō

Tertiò idem parentum ius confirmant cōnones & quidem præcipuae & optimae iuris canonici sententiæ. c. aliter. c. nostrates. c. qualis. 30. q. 5. c. honoratur. 32. q. 2. Honorantur Rebeccæ parentes muneribus: consulitur puella non de sponsalibus (illa enim expectat iudicium parentum: non est enim uirginalis pudoris eligere maritum) sed iam desponta uiro, de profectionis die consulitur, nec immerito dilationem non attulit. Iure etenim properare debuit ad matrem: unde illud Euripideum (quod miratur pleriq; unde translatum sit) manifestum est. Ait enim in persona mulieris, quæ tamē maritum uolebat relinquere & ad alias petebatur nuptias:

νυμεν μάτωρ μὲν τὸν ἐμὸν πατέρος εὔος
μίρηναν γέγει, λίστην ἐμὸν σποντέαν τάστι.

Ergo quod & ipsi Philosophi mirati sunt, seruare uirgines: & non solum uirgines, sed etiam si qua mulier amissio cito marito & adolescentula laqueum infirmitatis suæ timens incidere: si uult nubere, nubat: tātūm in Dōmino: ita ut electionem mariti, parentibus deferat, ne appetentia procacioris aestimetur autor, si ipsa de nuptijs suis electionēm sibi uendicet. Expertita enim magis debet uideri à uiro, quam uirum ipsa expetisse:

petisse: uerecundiam præmitrat antequam nubat: quo ipsum coniugium plus commendet uerecūdia. Huius canonis uerba ex Ambrosij lib. i. de Abrahamo cap. 9. & Euripidis uersus ex Andromacha descripta sunt, ubi Hermione Menelai filia, Oresti patrueli, cōnubium eius potenti respondens, à duobus illis ueribus orditur. Quin & eodem modo apud Xenophontem Cyrus, Cyaxari filiam & Mediæ regnum dotis nomine ipsi offerenti responderet: αὖτε καναζόν τόντε γένεται οὐανών τοῖς ταῦτας, νήσοις. Βέλομαν δὲ οὐρανῷ τοῖς πατρός γνόν μηνική τητούς ματρός, ταῦτα οὐανώνεσσα. Et latinus poëta uenustissimè partitur consensum ad coniugia legitimè cōtrahenda necessariū:

Virginitas non tota tua est: ex parte parentum est.

Tertia pars matri data, pars data tertia patri,

Tertia sola tua est: noli pugnare duobus,

Qui genero sua iura simul cum dote dederunt.

Quartò, ratio naturalis docet non modò rem tantam, qualis est coniugij fœdus, prudenti & graui fidelissimorum amicorum, & præcipue parentum & curatorum consilio inchoandam esse: uerum etiam nullo modo ferri debere, ut filiam, tot annis, tanta sollicitudine, periculo, labore & sumptu educatam, cuilibet mihi ignoto nebuloni, clandestinis artibus seducere, & mihi inuitio eripere

ripere & plagiū impunē exercere liceat.

Cūm igitur lex diuina, & Cæfarea, & ratio naturalis ac honestas publica, & sanctorum patrum exempla ostendant, liberos parentibus suis præscientibus & assentientibus, matrimonio iungi debere: sapienter in quibusdam Confistorijs constitutum est, ut omnes clādestinę despōsationes inter adolescētes & puellas sine perspicuo & expresso consensu parentum factæ, inanes & irritæ pronuncientur. Idq; sine discrimine ita seruatur, etiam si nullam dissensus grauem causam parentes habeant: si adolescens annum ætatis uicesimum, puella decimum octauum non excesit.

Pertinet autem ad officium parentum, liberis suis tempestiue de honestis matrimonij prospicere. Cum autē ij duiiores sunt, & uel auaritia (quod dotem dare nolunt) uel pertinacia, uel alijs de causis, liberos etiam honestis occasionibus oblatis, maturè non elocant: pijs magistratus suam autoritatem interponere debent, sicut & ueteres leges præcipiunt, ex constitutione Diuorum Seueri & Antonini. I. qui liberos. De ritu nupt.

Licet autem ex c. sufficiat. 27. q. 2. clandestina sponsalia non minus, quam publica &

auto-

ritate consensuq; contracta, in multis locis rata & firma habeantur: utilius tamen est ut tales desponsationes inanes & irritæ pronuncientur. Nec obstat Christi dictū Matth. 19. Quod Deus coniunxit homo non separaret. Nam,

A Deo coniuncti dicūtur, quiuxta ordinem & mandatum Dei copulantur: alioqui adulterum & adulteram diuinitus iunctos & humana autoritate non separandos esse, aliqui dixerint.

At qui contra uoluntatem parentum coēunt: cōtra Dei ordinationem & mandatarum delinquunt.

Qui igitur contra uoluntatem parentū coēunt, à Deo nō dicūtur coniuncti: ideoq; iustè & diuina autoritate dirimuntur.

Qui uero post datam inscijs parentibus coniugij fidem cum desponsatis concubuerunt aut in matrimonio cum eis aliquot annos uixerunt: horum coniugia etsi iure ciuii parentum autoritate dirimi poterant: consuetudine tamen quorundam locorum laudabili, rescindi non solent, ne maiora scandala inde oriantur.

II. DE FUTVRO AVT DE
præsentis.

Sponsalia de futuro sunt mentio & reprobatio futurarum nuptiarum, seu spontaneæ pactiones de futuro coniugio per uerba de præsenti aliquanto post constituta. Quantumq; interest inter pactiones de futuro contractu, & ipsum contractum: tantum ferè diffstant sponsalia de futuro, à sponsalibus de præsenti, quæ sunt ipse contractus coniugij seu initium cōiugij præsentis. Ut igitur per hæc uerba: promitto tibi me empturū esse à te agrum tuum, non contracta est emptio, sed tantum promissio seu pactio de futura emptione facta est, quando scilicet de precio & merce tractatum & conuentum fuerit: ita per hæc uerba: promitto tibi, quod te accipiam, aut ducam in uxorem, nō contrahi coniugium, sed tantum promissionē seu pactionem fieri de ueris nuptijs postea contrahendis aiunt. Ac solent sponsalia de futuro, aliâs iureiurando confirmari: aliâs sine iureiurando uel uerbis de futuro, uel uerbis de præsenti inter impuberis, uel dariōe arrhe, uel dato annulo pñubo contrahi. Hę futurarum nuptiarum promissiones, in iure ciuili & canonibus quibusdā ueteribus, solæ sponsalia

salia nominantur: quibus ante nuptias ab alterutra parte renūciari liberrimè potuit, ad eò impunè, ut ne pœna quidem, quamvis disertè uiolanti promissionem imposita esset, deberetur. Vnde l.j. C.de sponsal. dicitur q; alij despontata renunciare conditioni & alij nubere non prohibetur. & in l. Titia. 134. De uerb. oblig. dicitur agentis ex stipulazione, quæ non secundum bonos mores interposita sit, exceptionem doli mali obstat: quia in honestū sit uinculo pœnæ matrimonia obstringi, siue futura, siue iam contracta. Iure Canonicō etiam per utriusque partis consensum, & si alter eorum fornicetur, uel in lepram, aut paralyсин incidat, uel oculos, aut nasum amittat, uel iusto diutius absit, uel conditionem additam non impleat, uel pubes factus dissentiat, uel cum alia de præsenti contrahat, sponsalia dissoluuntur: ad instar eorum qui societatem interpolatione fidei contrahunt & postea eandem sibi remittunt. c.2. De sponsal. c. literas. De coniugio leproforum.

Sponsalia de præsenti sunt mutua & legitima confensio maris, & foeminae per uerba de præsenti expressa, qua perpetua & indissolubilis uitæ consuetudo in præsenti contrahitur & inchoatur. Hunc contractum, in


quo uerba de præsenti seu categoricè coniugium promittitur, non propriè sponsalia nominari, sed uerè iam præsentis coniugij initium esse censem: & an sponsalia de futuro sint, ex annexis conditionibus & alijs circumstantijs adiunctis iudicari uolunt non ex cauillatione uerborum, Ego te accipiam in meam, & Ego te accipio in meam: quæ uerborum formulæ, uelut fundamentū discriminis sponsalium de præsenti & futuro in iure Canonico constituantur. c. penul. De sponsal. Sed his uerbis sœpè latebra iniuriæ queritur: nec Germanica lingua hoc discrimen in uerbis præsentis & futuri temporis adeò accurate obseruat. Nam quæ uerba de futuro interpretati sunt, *ich wil dich nennen, ich wil dich zum weib haben: du soll mein sein*: linguæ Germanicæ consuetudine & natura, præsentem promissionē seu obligationem sine ulla dilatatione significant. Ideò clandestinis despontationibus sublatis, hanc uerborum cauillationem magna ex parte simul tolli neceſſe est. Impuberum quoque despontationes (quas dissolui posse si puberes facti statim renuncient, uisitati iuris est) imò etiam promissiones coniugij peruerba de præsenti factas inter impuberes, iuris interpretatione sponsalia de futuro

tuto esse, canones ipsi refertantur. c. unico. §. idem. De despontationibus.

I I I . P V R A E T C O N D
ditionalia.

Pura sponsalia sunt, quæ sine alicuius conditionis adiectione categoricè contrahuntur.

Conditionalia sunt, quæ habent annexas conditiones.



Conditiones honestæ & possibilis, quæ aut necessariò tacitè subintelliguntur, aut alioqui certò euenteræ sunt, etiam si uerbis non fuerint expresse, non impediunt, aut suspendunt matrimonium. Ut promitto tibi coniugium si uiuam, si Deo placuerit, si Sol cras orierit.

Conditiones honestæ, quæ non existunt
s 2 necel-

necessariò, sed à libera uoluntate cōtrahentium pendent, præsertim si ad substantiam coniugij aliqua ex parte pertinent: si nō fuerint impletæ, contractum dissoluūt. Ut promitto tibi coniugium, si utriusq; parentes assenserint: si ad fidem Christi conuersa fueris: si centrum ducatorum dotem ad me attuleris. Ad hanc classem Henricus Bohicius c. fin. De condit. appos. refert conditionem: si inuenero te uirginem: quam per se honestam, & conditione nō impleta, in foro conscientiæ matrimonium non esse, disputat. Contrarium decidit Hostiens. in tit. de condit. appos. sumpto argumento ex I. alioqui. De contrah. empt. ubi dicitur: quod si ego me uirginem emere putarem, cūm esset iam mulier: emptio ualebit. In sexu enim nō est erratum.

Impossibiles conditiones, etiam si nō turpes sint, tamen in fauorem matrimonij pronon adiectis habentur. Ut contraho tecum, si mare pedibus transibis: si in cœlum uolabis: si dabis mihi Byzantium.

Conditiones in honestæ (siue sint impossibiles de iure, siue possibiles de facto) nec ad substantiam coniugij pertinentes: propter fauorem matrimonij, pro non adiectis habentur: quales sunt: promitto tibi coniugium

gium si furtum feceris, uel homicidium per petraueris. c. fi. De cond. appos. Si uero conditiones in honestæ contra substantiam coniugij inferantur (ut ducam te, si fœtus conceptos abegeris, si alijs te prostitueris) his si altera pars assentitur: tamen etiam post secutam corporum cōiunctionem, nullum iudicatur esse coniugium. Sin altera pars contradicit, uel tacendo cōtradiceretur: tum secuta copula pro matrimonio iudicatur.

Est & alia differentia Sponsaliorum: Alia enim sunt: ut cum Albertus D. Bauariæ promittit se ducturum Annam filiam Cæsaris Ferdinandi, Alia uero incerta, ut si idem in genere promisisset se unam ex filiabus Ferdinandi matrimonio sibi copulaturū esse,

Questio.

An sponsalia, consensu eorum quorū interest facta, sint ratum & perfectum coniugium, ita ut ante nuptias & corporum cōiunctionem nullis etiam grauiissimis causis alijs, quam quæ diuortio causam præbēt, rescindi & dissolui queant: & an simpliciter uera sit regula: Matrimonium non concubitus, sed solus consensus facit, ut in c. sufficiat. 27. q. 2. & passim alibi in iure traditur?

Reff. Sponsalia in quibus per uerba de præsenti categoricè coniugium promittitur, artissimo & sanctissimo fœdere sponsum & sponsam copulant, quod uerè iam presentis coniugij initium sint. Ideo sponsus, qui ante nuptias cum prima sponsa celebrandas, cum alia paciscitur uel cōcumbit, uel etiam nuptias facit hoc cōfilio, ut à priore libetur: perinde ac si adulterium commisisset, ad publicam pœnitentiam cogendus, uel à magistratu politico puniendus est, cumque prior sponsa in gratiam cum eo redire recusat, aliud coniugium ei piè contrahere permittitur. Idem concedi debet posteriori etiam sponsæ ab ipso stupratae, si ignara prioris contractus cum alia initi, seducta est. Sin sciens cum alterius sposo concubuit, à magistratu politico iuste punitur.

DE DIVORTIO.

Diuortium est separatio mariti & uxoris, præcedente causæ cognitione, apud competentem Iudicem facta, quo præsentis coniugij uinculum dirimitur.

V. Cod. Tziz. 2. 1. 2. 14. Et huius autem coniugium à Deo conditore de jure naturam generis humani, principio ita institutum & natura. can. 5. Sanctum fuit, ut societas unius maris & feminæ perpetua & indissolubilis esset: sicut

Chri

DE DIVORTIO.

Christus ipse scis citantibus Pharisæis. An dicit mirtere uxorem quacunq; de causa liceret? respondit primum opificem maris & feminæ ita ordinasse coniugium, ut qui duo erant, fierent una caro, sed unus homo, artissimo & inseparabili animorum & corporum nexu inter se uniti & indiuidua uitæ consuetudine conglutinati: tamen ab hoc ordine diuinitùs sancto depravata hominum natura deinceps discessit & diuortia recepit. Quæ cum in morem politicum illarum gentium etiam ante Mosen abiessent nec propter duritatem cordis & contumaciâ plurimorum impiorū in gubernatione politica penitus aboleri possent: Moses etiam ea permisit & לְבַלֵּגַנְדָּה Libellum repudij dare iussit, ut plane solutum esse prioris coniugij uinculum, & dimissæ ius esse nubendi alteri viro, ac firmū esse alterum matrimonium, nec ius esse priori marito repetendi dimissam, ostenderetur.

Formula libelli repudij, Iudæis nunc usitata haec est: In secunda Sabbati, in uicesima mensis Cisleu, anno quinques millesimo, trecétesimo uigésimo sexto à creatione mundi, hic & in hac ciuitate Praga, ego Jacob N. filius Rabi Izehak, uolui ex animo, atq; citra ullam coactionem dimisi, & eieci N. quæ ha

Item fuit uxor mea, filia Rabi N. & concedo ei licentiam & potestatem, ut pro libitu suo uada, quod voluerit, duciq; possit ab omnini viro, nec eam quisquam prohibere presumat. In cuius rei testimonium de diei libellum repudij & schedam dimissionis atque signaculum Diuortij, iuxta constitutio nem Moysi & Israel. Turpiter autem & militiosè abusi sunt Diuortijs Ethnici & Iudei, Cum enim initio non priuata leuitate fierent, sed in iudicijs cauſæ Diuortij prius cognoscerentur, ut Athenis etiam Consuetudinem fuisse ex historia Alcibiadis appareat, cuius uxor Hipparete, cum se à marito se iungi petuifseret, iubetur iuxta leges ipsa in iudicio comparere: Vnde eam maritus statim ut comparuerat causa nondum audita, domum suam reduxit: tamen postea priuato arbitrio sine cognitione iudicum, quandoq; uoluit aliquis, siue causam Diuortij legitimam & grauem haberet, siue leuem, siue nullam, eiecit uxorem, sicut nunc Turci faciunt, & Pericles dimissa priore uxore dicit Aspasiam facem belli Peloponnesiaci. Papirius interrogatus cur uxorem pudicam, diuitem & formosam repudiaret, calceum monstrauit nouum & pulchrum: Sed nemo nouit, inquit, ubi me urgeat. Sæpè etiam accidit,

cidit, ut practicarer aliquis, ut alius faceret diuortium, ut potiretur alterius coniuge, sicut Augustus Liuiā, ingenio & forma prestantem, & quidem grauidam, priore marito Tiberio Nerone assentiente ducit. Cato ille rigidi seruator honesti, uxorem Martiā Hortensio dimittit, eoque mortuo reducit. Hæ leuitates cum apud Iudæos etiam usitatæ essent, Christus Matth. 19. restringit. Diuortia ad unum casum Adulterij, quo fœdus coniugij dirimitur, & persona quæ deliquit, fit rea mortis, & ex uita tolli à Magistratu Politico debebat, sicut Deuter. 22. expressè præcipitur: si dormierit vir cum uxore alterius, uterq; morietur adulter & adultera, & auferes malum de medio tui.

Cum igitur persona innocens, à consistorio (cui nunc usitato more causarum matrimonialium cognitiones mandantur) se ab adultero separari petit; Primum ad Magistratum politicum, sub quo habitant, deferre causam, ac literas Magistratus Consistorio exhibere iubentur, ex quibus intelligat Consistorium, an suscipi commodè causæ illius cognitio debeat. Nam si Magistratus iusta poena capitali adulterum plecteret: nulla iudiciali disputatione de Diuortio amplius opus esset.

Quod si Magistratus loci, de officio suo, requisitus, in puniendo adulterio negliges, aut rea pars fugitiva est: tum ad petitionem partis innocentis, Consistorium procedit & accusatum adulterij, uel per citationem, uel si absens est per Edictum uocat & terminus duorum, uel ad summum trium mensu constituitur, quo in Iudicio cōpareat & accusationi respondeat.

Cum utraq; pars in iudicium uenit, pri-
mum reconciliationem iudex tentat, & par-
tem rem admonet, ut ueniam delicti petat
& emendationem promittat. Innocentem
uerò hortatur, ut deprecanti coniugi deli-
ctum remittat & condonet, & Dei miseri-
cordis exemplum imitetur, qui non sum-
mi iuris rigorem erga nos exercet, sed agen-
tibus pœnitentiam & pententibus ueniam
peccata remittit & contegit, cogitare etiam
de communibus liberis iubetur, & alijs mo-
lestijs multò maioribus, separationem secu-
turis. Quod si non procedit tentata reconciliatio,
tum audita utraq; parte, si accusator
honestè uiuens adulterium, à coniuge ad-
missum esse probauerit, aut si accusatus con-
tumaciter emanens, nullam excusationem
iustum opposuerit: Sententia Diuortij pro-
nunciatur, qua innocens persona/nō solūm
à tho-

à thoro & cohabitatione nocentis separa-
tur, uerum etiam à vinculo conjugali, auto-
ritate uerbi diuini soluitur & liberatur, ita
ut potestatem aliud coniugium piè contra-
hendi habeat. Cùm enim Christus Matth.
19. à Phariseis de Diuortio (quo ipsum con-
iugij uinculum inter Iudeos ita soluebatur,
ut utriq; personæ dimittenti & dimissæ a-
liud coniugium contrahere fas esset) in-
terrogatus, An in foro Conscientiae qua-
cunque de causa dimittere uxorem con-
cessum esset? respondet non licere, nisi ob
unicam adulterij causam: manifestissimè o-
stendit, propter adulterium factò Diuortio,
licere innocentii aliud coniugium legitimè
inire. Id enim solum diuortium nominaba-
tur & erat, nec aliud nauerant Iudei, nisi
quod præsentis coniugij uinculum dirime-
ret, & darer ius ducendi alteram.

Alioquin enim nō recipia, sed nomine Di-
uortium esset, in quo persona innocens li-
gata non minus, quam antea retineretur. Et
iniquissimum fuit partem innocentem lue-
re nocentis pœnam, ut uel adulteram recipere,
à qua ipsius Christi uoce liberatur uel
scortationis periculum incurrire cogatur.
Inquit autem Christus Matth. 5.19. Qui di-
miserit uxorem suam excepta causa forni-
catio-

1. *heretiq; n.*
2. *st, e m;*
3. *tale alve.*
4. *et t. Horan;*
5. *et amici;*
6. *ore: haec:*
7. *et t. fide;*
8. *et fons: ea. 5*
9. *et t.*

Calviniam hoc ē

cationis, facit ut ea mœchetur (sialij nupserit) Et qui dimissa uxore, nisi ob fornicationē a liā duxerit, mœchatur. Et qui dimissam (ab alio marito propter morositatē, uel intēpe- rantiā, uel corporis aliquod uitiū nō ppter adulteriū) duxerit, is mœchatur. Neq; enim an adulteræ dimissæ ius esset alterxi nubere, Iudæi quærunt, uel Christus responderet: Sed hanc capitali supplicio afficiendā esse cum adultero, sciebant. Hinc necessariò cōsequitur, Eum qui propter adulteriū repudiata uxore aliam legitimè ducit, nō mœchari, sed cōiugiū legitimū & Deo placēs cōtrahere. Scio autē uariè de hac quæstione, An parti innocēti post factū Diuortiū, uiuēte adhuc separata coniuge, aliud cōiugiū suscipere liceat? disputari. Et cōtra morem Iudiciorū aliquorū, non solum in iure Canonico 32.q. 2. Augustini libros contra Pollentium & alios, & Hieronymi Epistolam ad Amandū: uerū etiam Christi & Pauli dicta opponi, Marci 10. Luc. 16. Omnis qui dimiserit uxorem suam & aliam ducit, mœchatur.

Sed his dictis exceptionē in Matthæo ad- ditam adiūgi oportere pspicū est, sicut & il li 1. Cor. 7. Vxor à uiro ne discedito (scilicet ob quācunq; causam, nisi ppter adulteriū) qd si discesserit (scilicet alia de causa quam

pro-

propter adulterium) maneat innupta, aut ui ro reconcilietur. Et uir uxori ne dimittito, ob similitates, rixas, uel alias causas, præter fornicationē, quā Christus ipse expressit.

Matth. 19. Quod Deus coniūxit, homo nō separat. Quæris quomodo? inquit Canō ex Isidoro: subaudi uiolēter, sine lege, absq; ra- tione. Quos Deus cōiunxit, Homo nō sepa ret, nō enim separat quos poena cōdemnat, quos reat, accusat, quos maleficiū coarctat. Itaq; in casu adulteriū nō homo, sed Deus i- pse adeō seuerē uinculū cōiugij dissoluit, ut morte adulteros puniri uelit. Et Christus i- pse in foro cōsciētię pp adulteriū dissoluit.

Allegant etiā dicta Rom. 7. 1. Corin. 7. Mu- lier ὑπαρχός uiuēti uiro alligata est lege: itaq; uiuente uiro uocabitur adultera, si fuerit adulterius uiri. Certū est aut̄ Paulū Rom. 7. nō ex professo de cōiugio, aut causis diuortij age- re, sed obligationem renatorū ad nouā obe dientiā pingere, similitudine sumpta à cōiu gio nō per adulterium soluto, sed cōstante, in quo Mulier adhuc est ὑπαρχός.

1. Corin. 7. ex professo de causis matrimo- nialibus agit, sed in fine capitū, nō de causis diuortij differit, sed uiduas post maritorum mortē docet bona cōscientia secundas nu- ptias cōtrahere posse, qd Tertullianus &

Hie-

Hieronymus & Cathari improbarunt. Mērito aut̄ pluris in hac causa Pauli, quā Hieronymi aut Catharorū authoritas ualeret, cōtra quos Epiphani, his uerbis (quæ nostrę etiā proposita quæstiohi seruiunt) scribit. Cūm propter causam aliquam, puta scortationis uel adulterij, separatio facta fuerit: diuinus sermo nō accusat neq; ab Ecclesia & uita excludit eū, qui alteri uxori fuerit cōiunctus: aut uxorem alteri uiro nuptam: sed eius imbecillitatem tolerat: non ita tamen ut duas uxores, altera adhuc superstite retineat, sed si ab una seiuunctus, cum alia legitimè fuerit cōiunctus, miseretur eum sanctus sermo, & sancta Dei Ecclesia, præsertim si eiusmodi quispiam alioqui fuerit Dei timens & ex lege Diuina in Ecclesia uersatus:

Fuisse aut̄ hūc morē in Ecclesia ueteri ut facto Diuortio pars innocens iterū posset nubere: ex multis testimonijis apparet. Ambrosij 1. Corin. 7. qui non solum de desertis ait. Non esse peccatū ei, qui dimittitur propter Deum si alij se iunxerit. Contumelia enim oratoris soluit ius matrimonij circa eum qui relinquitur, ne accusetur alij copulatus: sed etiam de diuortio ob adulteriū uxoris facto inquit, uiro licere ducere uxorem, si dimiserit uxorem peccantem.

Ori-

Origenes autē Homelia 7. in Matthæum et si hunc morem improbat, sicut illa quoq; Pauli præcepta uitandæ scortationis causa, unusquisq; habeat uxorē suam, Item, si non continent, nubant, melius est nubere, quamuri, &c. propter duritiem cordis hominū data esse scribit: tamen sibi notos fuisse Episcopos testat, qui propter infirmitatē incōtinentium hominū, ne quid deterius cōmitteretur, permiserint uxoribus quæ cum uiris diuortium fecerunt, alijs uiris nubere.

Hieronymus etiam in Epitaphio Fabiolæ, et si Pœnitentiæ quam hoc nomine sustinuerit, mentionem facit, tamen coniugium non dirimit, uerum excusat & tuetur, sicut Canones ipsi post diuortia propter adulterium incestuolum facta, innocentii alias nuptias concedunt 32. q. 7. c. Quædam lib. 4. Sententiārum. Dist. 34. Recte igitur Christi authoritatē secuti, non nomine tantum, sed uerē & reipsa dirimi uinculum cōiugij, non propter incestuosa tantum, sed alia etiā adulteria statuimus.

DE DESERTIONE.

Altera causa, propter quam cōiugia recte & legitimè ex Dei uerbo, ac proinde Deo authore, dirimunt: est Desertio alterius cōiugis

iugis malitiosa & diurna, de qua Paulus 1. Cor. 7. inquit: Si autem infidelis discedit, discedat. Non subiectus est seruituti frater auctor in talibus, hoc est, quando alter coniugum sit fugitiuus aut desertor, persona innocens non est ei amplius obligata.

Etsi autem non de qualibet desertione, sed in fidelibus tantum, qui religionis praetextu a coniugib. Christianis discedunt, loqui Paulum Canonistar contendunt: tamen cum Paulus coniuge presentem pronunciet liberam, non quia absens infidelis est (nam inter fideles & infideles coniugium disertus Paulus eodem loco approbat) sed ideo, quia discedit & deserit presentem coniugem, atque ita non diuersitas religionum causa sit isti, diuortij, sed tam discessus seu desertio: manifestum est, recte hoc dictum in genere ad quamlibet iniustam desertionem accommodari, praesertim cum alibi Paulus dicat, si quis suorum, maxime domesticorum curam non habet, est infideli deterior. Multo igitur minus Desertor titulo tenus Christianus, uxore sua & liberos malitiosos relinquens, nec cura illorum habens, expectari debet, quam infidelis cum sit infideli deterior. Magna autem pars calamitatuum humanarum sunt dissidia & miseriae coniugales, quarum impietia multi leues & *ἀτρόποιοι* homines impulsi,

pulsi, desertis coniugib. & liberis, quos sua fide & labore alere & fouere debebatur, in sceleratam militiam, aut aliud aufugiunt, ut excusso coniugali freno liberius uagari & cupidi tibus suis indulgere possint. Tales Desertores & Desertrices, qui sine iusta causa a coniugibus discedunt & malitiosè sine iustis & necessarijs causis diu absunt: cum indiuina illa uitæ consuetudine & unitate ac fidè foderis coniugalis non minus quam adulteri dissoluant & abrúpant, & plerūq; sint adulteri & adulteræ: suo scelere distrahit coniugium & causam pronunciandæ sententiæ Diuortij iustum præbent, qua innocentia personæ consulatur & aliud coniugium piè contrahendi facultas detur.

Cum autem nemo in sua ipsius causa Iudex sibi ipse etiam in re minimi momenti, aduersus alterum esse posset: idque multo æquius in dirimendo eius societatis uinculo, quod à Deo nexum & totius humani generis origo & seminarium est, seruetur: non prius licet desertus innocentia personæ aliud coniugium inire, quam cognitio causæ per Iudicem ordinarium, uel Ecclesiastica facta sit. Qua de re pastores diligenter, & sacerdoti in concionibus populū monere debent. Crebro enim hoc accidit, ut contrahant tales personæ sine cognitione iudicij.

t Postea

Postea re in iudicio cognita inueniuntur eau-
se insufficientes separationis, & multa mala
sequuntur. Itaq; bono & salutari consilio
pij quidā magistratus in suis Ecclesijs, Con-
fistoria pro his causis ordinarunt, in quibus
legitime causas diuortiorū & aliās ad con-
scientiæ forū pertinentes, dijudicari uolūt.

Cum ~~igitur~~ persona deserta petit se pro-
nunciari liberā & alterius coniugij contra-
hendi facultatē sibi prēberit: Iudices absentē
desertorē per Edictum citent. Simul etiā di-
ligenter inquirant, an desertor alicubi inue-
niri & per Magistratus ad matrimoniale co-
habitationē uel pœnā legitimā attrahi pos-
sit. Quod si citatus nō uenit: Iudices cōuide-
ratis circūstatijs psonarū & causis acē rēpore
absentię, pterea etate & industria desertorē p-
sonę, &c. tādē p̄nunciēt, qđ iustū esse & de-
sertor psonae cōsciētę expedire iudicabūt.

Leges Imperatorū non solūm causas ab-
sentiae coniugū distinguunt, (Non enim qui
honesta de causa in legationib. uel bello le-
gitimo, uel mercaru abest, uel captiuitate,
aut ægritudine detinetur, sed qui malitiose
abest, Desertori iudicadūs est) uerūm etiam
tempora certa & numerū annorū definiūt,
intra quos cōiugū desertorē psonae concedi
possit. Id quanquā optimo cōsilio factū est:

ramē tanta est dissimilitudo casuū & Circū-
stantiarū in desertis maritis & foeminiis, ut
difficile & periculōsum sit certū tépus lege
præscribere: sed Iudicis pij & prudētis arbi-
trio reftissimè permittitur, ut p̄ Circūstan-
tiarum uarie fate tempus contrahēndi alte-
ras nuptias longius aut breuius constituant,
& quantum omnino sine periculo conscien-
tiæ fieri, potest, desertam personam conso-
letur, & expectare finat, donec de Deserto-
ris obitu, uel pœnitentia constet.

Sunt aut̄ hæc tépora legib. Imp. definita.

Si in sponsalibus, de certo numero anno-
rum, quib. exactis, nuptiæ celebrandæ sunt,
conuenit: tempus illud expectandum est. Si
uerò sponsus præsens ultrò bienniū inuita
sponsa aut illius parētibus, nuptias differt:
Lex Constantij sponsam liberat C. de spon-
salibus l. ii. Si is qui puellā suis nuptijs pa-
ctus est, intra bienniū exequi nuptias in ea-
dem prouincia degens supersederit: eiusq;
spacij decurso fine, in alterius postea cōuen-
tionem puella peruenit nihil fraudis ei sit,
quæ nuptias maturando uota sua diutius e-
ludi non passa est. Sin absens absq; neces-
saria causa, & nō assentiēt spōsa, ultra triē-
niū uagatus fuerit: Lex Valeriani aliud com-
iugium sponsæ concedit C. De Repudijs.

Liberū est filiæ tuæ, si sponsum suū post tres peregrinationis annos expectandū sibi ultra nō puret: omissa spe huius cōiunctionis, matrimoniuū facere ne oportunū nubēdi tēpus omittat: cūm posset nunciū remittere, & si præsente illo cōfiliū mutare uoluisset.

De uxoribus, an & quando Maritos absentes sequi teneantur: multis distinctionib. definit eruditissimus & in distinguēdo subtilissimus Iuris Canonici, interpres Hēricus Bo hicius Britānus in c. de illis, extra de spōsalib., unde, quolēt, eas ad hūc locū assūmat.

Expectare aut̄ maritum absentem uxori tenetur, cūm non malitiosē, sed ex legitima & honesta causa, uidelicet in legatiōe, uel mercatum, aut militia legitima, uel in captiuitate abest, nec ante facultas aliud coniugium contrahendi danda est uxori, quām de morte mariti uerisimiliter constet.

Si autem malitiosē abest, nec ullam significationem suæ uoluntatis, aut amoris & fidei coniugalis, deserfa intra aliquot annos ostendit: tum pro ratione circumstantiarū, ætatis, industriae, paupertatis, moræ, desertionis, &c. Iudex tépora legibus præscripta prorogare uel astringere potest.

C. de Repudijs Cōstantinus quadrienniū sancit l.7. Vxor quæ in militia profecto ma-

rito

rito post interuentum annorū quatuor, nullum iospitatis eius poruit habere indicium, atq; ideo de nuptijs alterius cogitauit, nec tamen ante nupsit, quam libello ducē super hoc suo uoto conuenit: nō uidetur nuptias inisse furtiuas, nec dotis amissionē sustinere, nec capitali pœna esse obnoxiam, quæ post tam magni temporis coniugitatē, non temerē, nec clanculo, sed publica contestatione deposita, nupsisse testatur, ideoq; obseruandum est, ut si adulterij suspicio nulla sit, nec cōiunctio furtua detegitur, nullum periculum ab his, quorū coniugio erant copulatæ uereantur: Cūm si Conscientia maritalis thori furtim esset uiolata, disciplinæ ratio pœnam congruam flagitaret.

ff. de Diuortijs quinqueniū cōstituit. Si in incerrō est, an maritū uiuus apud hostes teneat, uel morte prævētus sit, tūc si quinquenium à tépore captiuitatis excesserit, licentiā habeat mulier ad alias migrare nuptias.

In Nouellis constit. 22. Justinianus repræhensa lege de quadriennio, concedit coniugium defertæ personæ post decennium.

Ius Canonicum extra de sponsalibus c. in præsentia, et si personæ defertæ antequam constet de morte desertricis, nullo unquam tempore concedat coniugium, sicut etiam

tirul. 21. de secundis nuptijs. c. Dominus, eandem prohibitionē repetit, tamen glossa ~~etatinae ap~~ de septenio adiungit. Sed certis regulis, aut numero annorum astringi ista nequeunt: Verum pro ratione circumstantiarum, arbitrio prudentis & iusti iudicis reftissimè permittuntur.

Q V A E S T I O .

An defuncti fratri uxorem ducere fratri superstiti liceat: præsertim si libetos ex proprio matrimonio uxor suscepitur?

R E S P O N D E O .

Nequaquam licere, nec cōcēdi ulla ratio-ne aut dispēsari in hoc casu posse. Huius asseuerationis fundamenta & causas perspicuas in decem sequentibus argumētis exponam. Quibus præmij loco necessariam & grauem admonitionem præmittam.

D E V s singulare consilio & sapientia, ut cæteras uirtutes, iustitiam, ueritatem, beneficentiam, &c. uult ab hominibus agnoscī & exerceri, ita castitatem quoq; suo uerbo mandauit & sanctiuit, ut eum mentem iustā, ueracem, puram & castam agnoscamus, cui uagae libidines & spurcæ comixtiones uehementissimè displiceāt, & ut hunc uerum & castum Deum, ab immundis spiritibus,

qui

qui Homines ad turpitudinem & spurcitē impellunt, discernamus: eumq; casta & impolluta mente inuocemus.

Vt igitur Castitas ab hominibus agnosca-tur & exerceatur, Deus cōiugium instituit, & uerbo suo ita ordinavit, ne homines instar brutorum uagentur, sed ut duæ perso-næ, mas & scemina, quæ legitimè iungi possunt, in coniugio cohabitent, alterq; alteri corpus castum seruet & omnes commix-tiones, quas Deus in uerbo suo prohibuit, & à quibus natura, ut à Deo condita est, ab-horret, refugiant. Has prohibitas commix-tiones & incestas concubitus, Deus Leuit. cap.18. & 20. & Genes.2. expresse uetus. Nec existimetur hæ leges de Gradibus, esse mu-tables aut purè forenses, quæ solis Iudæis latæ sint & gentes non obligent: ideoque à Christo abrogatae sint, quemadmodum cæ-teræ Ceremoniales & Iudiciales leges Moy-sis: uerum sunt æterna & immutabilis regu-la sapientiæ & iustitiae Diuine, qua hanc uir-tutem, quam castitatē uocamus, in genere humano regit & conseruat. Sicut igitur decem præcepta, et si per Mosen primū data sunt, tamen omnes homines cùm Iudæos, tum gentes obligant: Ita hæ leges Leuit. 18. & 20. de gradibus consanguinitatis & affi-

nitatis omnibus hominibus latæ sunt, ut ad præscriptum earum uiuāt, aut pœnas à Deo ipsis constitutas, easq; horrendas, pendant: quemadmodum eo in loco textus luculenter ostendit, quod gentes etiam (Ægyptj ui delicer & Cananitæ) propter incestas consuetudines punitæ sunt, & legē condidit his uerbis: In nullo horum uos cōraminabitis. Nam in his omnibus se gentes polluerunt, quas eijciam, ut uobis cedant, & terra ab eis cōraminata est, & puniam iniquitates eorū, ut terra incolas euomat: Ideo seruate mea mandata & leges, nec quanquā harū ab omni nationū admittite, ne uos etiam terra euomat, ubi eam contaminaueritis. Omnes homines faciētes qdquā ex cūctis istis abominationibus, excidēnt ē medio populi sui.

Hinc manifestum est, has leges & pœnas annexas, omnibus hominibus, Regibus, Reginis, principibus, Dominis aut humilioris conditionis personis, propositas esse & nemine ex his excipi. Hoc uelut Proœmio præmisso, fundamenta responsionis antea constitutæ, ordine recitabo.

I. A' lege diuina.

Dei uerbo & Mādato expresso omnes homines obedientiam subiectissimā debent:

nec

nec ulli creature, nulli Angelo, regi aut principi licet Dei mandatum mutare aut tollere, nisi Deus ipse mutet aut tollat. Præcepit autem Deus omnib. hominibus, Iudæis & gentibus, Regibus, Principibus, Dominis & subditis, ne quisquā cum matre sua, cum nouerca, cū sorore, cum amita, cum materterā, cum uxore patrui, cum nuru, cum fratria matrimonii cōtrahat, ut perspicuè expressa uerba legis D 1 Leuit. 20, ostendūt.

Qui duxerit uxorem fratris, abominanda res est. Quia uerenda fratris sui reuelauit. Absq; liberis erunt: hoc est, etiamsi habeāt, tamen non erunt, aut habebuntur liberi.

Leuit. 18. Verēda uxoris fratris tui non reuelabis: Quia uerenda fratris tui sunt.

His duab. sententijs Deus manifestè p̄cipit, ut quēadmodū nemo nouercā aut nurū suā, ita nec fratriā suā, uxorē ducat, quę p̄hibitio cum nō sit lex ciuilis aut ceremonialis, sed omniū hominū naturæ & cordib. à Deo insita: omnib. temporib. à prudentib. castitatisq; amantib. Magistratib. cōseruata est, ut paulò p̄st indicabimus. Quod autem Moses populo Iudaico cōcessit, si fratres cohabitent, & alter sine liberis moriatur, ut reliqua uidua, mariti defuncti fratri nubet: in refutatione argumentorum infrā recitabitur.

I I. Ratio ex lege divina.

Deus expressè uerat coniugii cum patrui uxore. Leuit. 18. Turpitudinem seu uerenda patris tui non reuelabis, ad uxorem eius nō accedes: uxor enim est, patrui tui. Est autem uxori patrui sui quisq; iunctus secundo gradu affinitatis in linea inæquali, multò magis igitur prohibita est coniunctio in primo gradu affinitatis cum defuncti fratri uxore. Cùm enim maritus & fœmina sint una caro: defuncti mariti frater, in pari gradu habetur, ac si relictæ uiduæ frater esset. Sunt autem in mundo cari multi, superioris & inferioris conditionis uiri & fœminæ, cum quibus coniugium cōtrahi potest, ut neminem necessitas cogat, cum periculo conscientiæ suæ & multorum hominū offendiculo, propriam ferè sororē in matrimoniu ducere.

I I I. Ratio ex lege divina.

Paulus pronunciat, Omnes qui ordinationi Diuinæ refragantur, à Deo punitū iri. Certum est autem, summi Magistratus leges & statuta, quæ non pugnant cum uerbo diuino, reuera Dei ordinationes esse, sicut Roma. 13. & Prouerb. 8. & 1. Pet. 2. Perspicue assueratur. Quare omnium bonoru &

piorum

piorū Magistratuū generali, & unanimi pribitioni cōiunctionis cū fratri uxore: præstari obediētia, rāquā Dei ipsius uoci, debet.

I I I I. A lture Naturæ.

Lex Naturæ nihil aliud est, quam lex Dei, quæ omnibus hominib. natura nota & corribus hominū natura insita est. Roma. 2. 8.

Vt igitur omnes homines natura agnoscunt esse Deum, patri & matri obediendum, neminem iniustè occidendum, non furtum faciendum, aut mendaciū dicendum esse: ita hoc quoq; agnoscunt esse contra Deum & naturam, si quis se incesta cōsuetudine cum matre sua, cum sorore, cum nouerca, cū fratria, &c. polluat. Et quāuis sint aliqui feri & beluini homines, qui hæc peccata leuia ducent: tamen omnes intelligentes & honesti homines iudicant hanc commixtionem naturæ hominis aduersari & Naturā ipsam ab ea abhorrere. Etsi Cæsar Bassianus, cum nouerca Iulia sinum coram ipso nudasset: uellem, inquit, si licet, & illa respondet: Si libet, licet: An nescis Imperatorem leges dare, non accipere? Et Seleucus Stratonicen uxorem filio Antiocho daturus, iubet eam doceri Iustū esse, quod regi uideatur & regno utile sit: manet tamen nihilominus, lex natu-

naturæ, & iudiciū omnium sanorū & honestorū hominū, quod talis cōmixtio & consuetudo incesta naturæ ipsi aduersetur.

v. Ratio. Ex iure Diuino.

Deus dicit. Væ homini per quem ueniūt scandalū: præstiterit ei ut suspendatur mola asinaria in collum eius & demergatur in profundum maris. Quod si tanta authoritate & summo dignitatis loco cōspicuæ personæ, tali matrimonio iungentur: tristissimæ offendiciones & gemitus in omnium piorū cordibus existent. Multi etiam securi & feri homines, occasionem inde ad incestus patrandos sumpturi, & talibus exemplis se excusaturi essent. Itaq; hac etiam de causa præfens coniugium, quoad fieri potest, impec- diri rectissimum est.

v i. Ab inutili seu consequentibus in- commodis.

Præterea hæ personæ, si coniungerentur, totius uitæ tempore, inquietam & malam conscientiam habituræ essent. Primò quod cōtra leges Diuinæ & Cæsareas coniugiū contraxissent. Deinde etiam propter scandalum: Nullus autem in orbe terrarū maior aut melior thesaurus est, quam bona con- scien-

scientia, tranquilla, & læta: Quemadmodū ecōtrā, nullus est maior cruciatus & dolor animi, quam inquieta & mala conscientia. Et quanquam aliquantis per aliquis se quieto & tranquillo animo mansurum esse sperret: tamen aliquādo peccatum cubans euigilat & cogitationes se mutuō accusant, & diri conscientia facti Mens habet attonitos & surdo uerbere cōdit occultum quatiente animum tortore flagellum.

v ii. Ex Canonibus conciliorum.

Antiquorū etiā conciliorū statuta & Canones extant, quibus expressè phibetur, ne quis fratriā ducat uxorem. Vnde uideri potest, qd' fuerit de hoc casu iudiciū ueteris Ecclesiæ. Nec dubium est ijs temporibus, quibus Ecclesia purior fuit & multi docti, probi & prudentes Episcopi & doctores, qui in conciliis conuenerunt, singularibus grauisimis q; causis talia decreta facta esse in Concilio Aurelianensi. i. Canone. 22. Nec superstes frater, thorum defuncti fratris ascendet, nec quisquam amissæ uxoris sorori audet sociari. Quod qui fecerint Ecclesiastica dist. feriantur. Sic 32. q. 7. duo canones de hoc casu ex antiquis cōciliis citantur. Quædam, & c. Si quis uiduam.

v iii. Ra-

VIII. Ratio.

Diuina uox est: Omnis homo Magistratus qui præfunt obtemperet. Magistratus enim à Deo ordinatus est, ideo, Necesse est obedire, nō solum propter pœnam, sed etiā propter conscientiam. Nam inobedientis conscientia coram Deo rea est æternæ damnationis. Est autē de præsenti casu, summo ruinæ Magistratum constitutio expressa C. De incestis & iniutilibus nuptijs. Fratris uxorem ducendi licentiam penitus submouemus: Item, licet quidam Ægyptiorū idcirco mortuorum fratrum sibi coniugēs matrimonio cōpularunt, quod post mortem illorum uirgines mansisse dicebantur, arbitratī scilicet, quod certis legum conditionibus placuit, cūm corpore non conuenerint, nuptias non re uideri cōtractas: tamē præsenti lege fancimus, si quæ eiusmodi nuptiæ cōtractæ fuerint, eas, earumq; cōtractores, antiquarum legum tenori subiacere.

i x. Etiam si tale coniugium à Deo & Cœsare non esset prohibitum: tamen homines Christiani & uerè piij, in quos tot aliorū oculi sunt intenti, propter aliorum hominū salutem, & ne alijs offendiculo essent, prorsus ab eo abstinere deberent, iuxta regulā Pauli:

li: Omnia (non prohibita lege Dei) mihi licent: sed non omnia expedient. Item Rom. 14. & 1. Corin. 8. inquir. Si frater suus contristaretur aut scādalo offenderetur, quod ipse carnibus uesceretur: nunquam se carnes comesturum esse in æternum. Hoc uero coniugium si contrahieretur, haud dubie omnium piorum & pudicitiæ amantium animos summo dolore afficeret & offenderet. Ideoque etiam propter hanc causam à tali coniugio est abstinentium.

x. Cūm nullus fuerit in toto ferè Christiano orbe princeps laudabilior, qui omnes uirtutes Deo placentes ac in primis castitatem magis amauerit, quam iste, cuius iam frater relicta illius uiduam ducere cogitat: profectò hæc etiam causa pium & pudicum peccatum mouere debebat, ut à tali cōiunctione, quam Deus & omnes honesti homines auersantur, abstineret: ne laudatissimus heros post mortem etiam, propter hoc relictæ suæ uiduae illegitimum coniugium, ignorinia & dolore afficeretur.

Has decem Rationes breuiter hoc téporre collegi, nec dubito omnes honestos & pios homines, qui Dei uoluntatem & casti pudoris decus reuerentur & amant, sententiae quam exposui, assentiri.

*Opponuntur autem expositæ sententia T R I A
principiæ Argumenta.*

Primum. Lex Deut. 25. quia Moses permittit & mandat, si fratres una habitent & alter sine liberis moriatur, ut eius defuncti uxorem alter ducat. Ergo iam quoq; iustum est, ut relicta uidua defuncti mariti fratri nubat?

Respondeo, Primum magnam dissimilitudinem esse huius legis cum præsentि casu, in quo relicta uidua ex priori marito quinq; liberos, qui adhuc superstites sunt, procreauit. At Lex Deut. 25. disertè sancit, si frater absq; liberis moriatur, semen illi à fratre superfite excitadū esse, ut familiæ, quarū capita & duces erāt primogeniti, cōseruarent.

Sed relicta hac dissimilitudine simpliciter respondeo. Quemadmodum Israélitis in Ægypto Deus potestatem facit, immo præcipit, ut ab Ægyptijs aurea & argentea uasa, aliasq; res preciosas cōmodatō acceptas, auferant, quò mercedem aliquā diuturni maximiique laboris in Ægypto exaratiū recipiant: neq; ideo sequitur mihi datā esse potestatem alteri dolo uel ui sua auferendi: sed ad præscriptum generalis mandati Diuini mihi uiuendum est. Non furtū facies. Item sicut Deus Abrahamo præcipit, ut filiū suū

Isacum

Isacū imimolet: nec ideo sequitur, quod recte faciunt Achas & Manasses, cum suos liberos in honorem Dei (ut existimat) interficiunt, sed generalem regulam sequi debet, Non occides. Sic etiam si permittat & mandet Deus Iudæis, ut in certo casu, defuncti fratris uxorem ducat frater: tamen inde non efficitur, mihi idelicere, sed generali Regulæ & mandato Dei obtemperandū est: Turpitudinem uxoris fratris tui non reuelabis, turpitudo enim fratris tui est.

*At denuo huic Responſioni obij-
citur.*

Christiani sunt liberi à Lege Mosis. Hoc præceptum: uerenda fratriæ tuę ne retegas, est lex Mosis: Leuit. 18. Christiani igitur hac lege non tenentur. Respondeo: magnū discrimen esse Legum à Mose traditarū. Quædam sunt æternæ & immutabiles, quæ morales appellantur, ut Decem præcepta, quæ Exo. 20. præposita, & in Deuteronomio repetita & explicata sunt. Alię de Ceremonijs præcipiunt, & de cultibus externis latæ. Aliæ Iudiciales sunt, ut de hæreditatibus, de externis pœnis maleficiorum, &c. Hæ leges Ceremoniales & Forenses, cū politia considerunt & extinctæ sunt.

Leges uero Morales, que sunt æterna ho-
ma uirtutum Deo placentium, Iustitiæ, ue-
ritatis, bonitatis, castitatis, &c. non abroga-
tæ sunt: sed obligant omnes homines, Ju-
dæos & gentes, uel ad obedientiæ præstan-
dam, uel ad iram Dei & pœnas præsentes &
æternas sustinendas. In hoc immutabiliū
& æternarū numero sunt Leges Lexit. 18. &
20. quibus castitatē in genere humano san-
cire uoluit, quæq; omnes homines obligat.
Quemadmodum uerba legis expresse do-
cent, omnis anima, que fecerit quippiam ex
abominationibus istis, excindetur ē medio
populi sui: & addit, quod Ægyptij etiam &
Cananæi (qui Iudæi nō fuerunt) ob harū le-
gum uiolationem horribiliter puniantur.

III. Henricus VIII. Rex Angliæ, defun-
cti fratri sui, Arturi, relictam uiduam, duxit
uxorem. Rex Poloniæ defunctæ coniugis
suæ sororem sibi matrimonio iunxit: Ergo
licitum est cum defuncti fratri relicta ui-
dua matrimonium inire.

Respondeo. Non exemplis, sed legibus iudi-
candum est. Non ad aliorum hominum siue
superiorum, siue inferiorū, siue multorum,
siue paucorum consuetudinem, sed ex præ-
scripto legis Diuinæ uita regenda est. Eriasi
Cambyses sororem dicit, & ipsius Iurecon-
sulti

fulti de iure interrogati, responderunt: Se le-
gem, quæ tale coniugium permittat, in suo
codice non habere: fed tamen aliam legem
reperire. Quod regi Persarum liceat facere
quicquid libeat: Non tamen ex eo cōsequi-
tur, cur h̄ sorore matrimonium iustè contra-
hi. Præterea in hoc casu exempla sunt dissi-
milia. Nam regis Anglii frater Arturus ex
coniuge sobolem non susceperebat: neq; regi
Poloniæ ex uxore priore liberi nati erant.
Itaq; speciem aliquam legis Mosaicæ coniu-
gio suo prætexere potuerunt, sed hæc uidua,
de qua iam agit, ex priori marito, quinq; li-
berorum adhuc superstitu[m] mater facta est.

Quod autem obijciunt, à summis Theo-
logis, Regis Anglii coniugium, ut iuri diui-
no consentaneum, approbatum & confira-
matum esse: Respondeo, Matrimonium re-
gis Anglii, & id de quo nūc agitur, dissimi-
lia esse, ut iam dixi. Nec Theologorum iudi-
cia eò directa sunt: quod defuncti fratri u-
xorem ducere de iure omnibus liceat, sed si
uxorē fratri, sine liberis mortui Frater du-
xisset, multosq; annos in matrimonio cum
ea uixisset & liberos procreasset, (Sicut Rex
Angliæ, filiam Mariam, quæ nostra memori-
a anno 1554. 1556. &c. regnauit, ex tali con-
iugio suscepit) nō propterea diuortium in-

ter eos fieri oportere, cum permissione legis Deut. 25, tale coniugium excusari & tolerari possit. Ex hac Responsum, quid de proposita quæstione sentiendum sit, apparet. Cum autem iam Matrimonij Anglici mentio, facta sit, quo Henricus VIII. Angliae Rex, Catharinam, Ferdinandi regis Hispaniae Filiam, Caroli V. materterat, (quæ prius Arturo fratri Henrici 8. nupta fuerat) ex dispensatione Iulij II. Pontificis coniugem duxit. (Quam postea pertæsus, quod heredem regni masculum ex ea non suscepisset, repudiauit) ac lite in Romanam curiam delata, Clemens VII. diuortium à rege factum, lata solenni sententia damnauerit: adscribam eius sententia à Pontifice latæ exemplum, quia sæpè in horum temporum Historijs & Theologorum scriptis Controversiæ Matrimonij Anglici mentio ocurrat.

CLEMENS PAPA VII. Christi nomine inuocato, in throno Iustitiae pro tribunali sedentes, & solum Deū præ oculis habentes, per hanc nostram definitiuan sententiam, quam de uenerabilium fratrum nostrorum sanctæ Eccl. Rom. Cardinalium, Consistorialiter coram nobis congregatorū, confilio & assensu fecimus in his scriptis, pronunciamus, decernimus & declaramus, in causa

causa & causis ad nos, & sedem Apostolicā per appellationem per Charissimā in Christo filiam: Catharinam Angliae reginam illustrem, à nostris & sedis Apostolicæ legatis in regno Angliae deputatis interpositam, legitime deuolutis & aduocatis, interprædicatam Catharinam reginam, & charissimum in Christo filium Henricum VIII. Angliae regem illustrem, super ualiditatē & inualiditate matrimonij inter eosdem contracti & cōsumati, rebusq; alijs in actis causæ & causarum huiusmodi latius deducitis & dilecto filio Paulo Capissucho, causarum sacri palatiū tūc decano, & propter ipsius Pauli absentiā, uenerabili fratri nostro Iacobo Simonetæ Episcopo Pisauriensi unius ex dicti palatiū causarum auditoribus locum tenenti, audiendis, instruendis, & in Consistorio nostro secreto referendis, cōmissis & per eos nobis & ijsdem Cardinalibus relatis, & mature discussis, corā nobis pendentibus: matrimonium inter prædictos Catharinam & Henricum Angliae reges contractum, & inde secura quæcunq; fuisse & esse ualidum & Canonicū, ualidaq; & Canonica suosq; debitos debuisse & debere sortiri effecto, problemq; exinde susceptam & suscipienda suffice, & fore legitimam & præfatum Henricum

Angliæ regem, ad præmissa omnia & singula cum effectu adimplendum condemnandum, omnibusq; iuris remedij cogendum & compellendum fore, prout condemnamus, cogimus & compellimus molestationesq; & denegationes per eundem Henricum regé eidē Catharinæ reginæ super invaliditatem ac fœdere dicti matrimonij quomodolibet factas & præstitas, fuisse & esse illicitas & iniustas, & eidem Henrico Regi super illas ac invaliditatem matrimonij huiusmodi perpetuum silentium imponendū fore imponimus, eundemq; Henricum Angliæ regem in expensis in huiusmodi causæ pro parte dictæ Catharinæ coram nobis & dictis omnibus legitime condemnandum fore & condemnamus, quarum expensarum taxationem nobis in posterū reseruamus.

Lata fuit Romæ in palatio Apostolico publicè in Consistorio, die xxiii.

Martij.

M. D. XXXIII.

I. Definitio Iudicij.

Iudicium est legitima causæ apud iudicem tractatio & dijudicatio. Est enim actus à Deo & legibus ordinatus, in quo legitimus iudex diligenter audita utraq; litigantium parte, & exploratè cognita causæ veritate, iuxta honestas leges ius dicit, & pronūciat, cuius causa iusta, cuius iniusta sit.

II. Species.

Materiæ est	Criminale, quo persequimur delicta, quæ puniri Recip. aut priuatorem intereat.
Iudicii secun- dum	Civile, quo rem nostram, vendicationem: aut nobis debitam, condicione petimus: aut in factum agimus.
Formæ est	Ordinarium, quo iudex usitatum iudicij ordinē & processum seruat.
	Extraordinarium, quo iudex in modū inquisitionis vel denūciacionis ex officio solū suo, nō secundum figurā iudicij, procedit: ut cū per torturā crimē inuestigat.

III. Personæ iudicium constituentes.

Personæ ius
dicij sunt

Iudex: & ipsi admi-
nistrantur ut

Affessores.

Auditore, quibus certus arti-
colus audiendus uel exami-
nandus à iudice cōmittitur.
Actuarij.

Apparitores.

Uli-
cantes

Principales

Actor,

Reus,

Administrat̄ seu
intervenientes

Aduocati seu patroni causa-
rum.

Procuratores qui aliena ne-
gotia mādato domini ad-
ministrant.

Testes.

I I I I. Partes.

Partes
iudi-
cij

Principales
sunt

Litis contestatio, qua reus auctori affirman-
mando, nel negādo, quod ab auctore pro-
ponitur, categoricē respondet.
Sententia, qua lis deciditur.

Minus prin-
cipales,
sunt

Preparatoria, ut Citatio: quæ tamen prima
pars & fundamentum ordinis iudiciorū
à Canonistis existimatur.
Media, ut Probationes.
Consequentia, ut Executio.

V. Causæ.

I. Efficiens.

Efficiens iudiciorū prima & principa-
lis est Deus, autor, custos & approbator to-
tius ordinis ac magistratus politici: cuius
principia pars est iurisdictio. 2. Paral. 19. Non
hominis exercetis iudicium, sed domini.
Quare & Ethnici poētæ cōfessum iudicium
ιερὸν οὐκλον nominant: & Hesiodus ait,

Ιθένος δίκαιος, αὐτὸς ἐν διός εἰσὶ πάρεγγα.

II. Materia.

Materia iudiciorū Criminalium sunt gra-
uiora delicta, quibus uel Dei gloria, uel ho-
minum salus, uita, corpus, fama aut fortu-
næ, dolo malo à scientibus & uolentibus
uiolantur, quæ puniri, Dei gloriæ & Reip.
interest.

Materia iudiciorū Ciuilium, sunt lites &
controversiæ ciuiles de rebus debitib⁹ ex ali-
quo contractu: de successione in hæredita-
tibus: de possessione, &c.

III. Forma.

Forma & processus iudiciorū diuino in
re sanctus est, ut utraq; pars æqualiter au-
diatur, & certò cognita causæ ueritate, sen-
tentia

tentia iusta promulgetur. Sed iure positivo in alijs politijs alij processus liquidò cognoscendæ ueritatis causa in iudicijs seruatur.

Veteri Romanorum iure, magistratu seu iudice planè inscio, licuit cui liber aduersarium in ius uocare: & aut de certa die se in iudicio sistendi cù illo cōuenire (unde dies status condic̄tus cum hoste apud Plautū dicitur) aut in uitum & reluctantem manu iecta in ius trahere. Nec cuiquā ita raptum ui eximere aut impedire, quō minus in ius perduceretur, licebat.

1. Additio uel Nunc Actor rem suam ab alio detentam, dicis compe uel ex obligatione debitam, in iudicio peti-

tentis. turus, primo iudicem competentem (cuius iurisdictioni reus ratione domicilij aut fundi, de quo agitur: aut contractus, aut delicti,

2. Citatio. obnoxius est) adit, & reum citari perit. Vide partem secundam ordinationis Cameræ. Stat. Norimb. tit. j. & 2. Stat. Friburg. tract. j. tit. j. & 3.

3. Actio uel Reo comparente, actor libellum (summā libelli edi- causæ & petitionis suæ complectentem) iu- tio. dici, & per hūc aduersario exhibit. Vide par- tem 3. ordinationis Cameræ tit. 12. Stat. Nor. tit. 6. l. 2. Stat. Frib. tract. j. tit. 8.

4. Inducie Reus acceptis ad deliberandum (con- fēdilatio. deréne an litī cedere uelit) inducijs: post-

quām

quām contendendum putauit: initio Excep- tiones declinatorias fori uel dilatorias op- ponit. Vide part. 3. ord. tit. 24. & seqq. Stat. Nor. tit. 6. l. 2. Stat. Frib. tract. j. tit. 8. §. 6. l. j. C. de dilat.

Cūm de Exceptionibus utrinq; disputa- tum, & Reus tandem respondere iussus est; utrinq; à partibus satisdatur de permanen- 6. Satisfa- do in lite usq; ad finem: & Reus affirmando tio. aut negando intentionem libelli actoris, li- tem contestatur. Atq; hoc primum initium 7. Litis con- & fundamentum litis in iure ciuili habetur. testatio. Vide Stat. Nor. tit. 6. l. 2. Stat. Frib. tract. j. tit. 8. §. 10. l. j. C. de lit. contest.

Post litem contestatam pārtes utrinq; iu- 8. Iuramen- ramentum calumniæ p̄fstant. Vide part. 3. tum calum- ord. tit. 13. Stat. Nor. tit. 6. l. 2. Stat. Frib. tra- mie. tract. j. tit. 8. §. 11. l. 2. C. de iur. propt. cal. dan. Auth. ut lit. iur. in prin. gl. c. j. De iur. calū.

Deinde actor summam petitionis suæ ar- ticulis cōpræhensam (qui Positionales uul- gō nominantur) medio iuramento offert. 9. Positiona- les. His reus, itidem mediante iuramento, per ueſbum Credit, aut Non credit, respondet; & Defensionales articulos incōtinenti, uel 10. Respon- ex interuallo responsionibus adiungit. Vi- sio. et Defen- de part. 3. ord. tit. 13. 14. 15. Statut. Norimb. sionales, tit. 6. l. 2.

Actori

- 11. Proba.** Actori ad probandum testibus uel instru-
tio. mentis articulos per reum negatos, terminus constituitur: ante quem licet reo interrogatoria (de quibus testes simul audiatur) singulis articulis actoris addere. Ad examen.
- 12. Interrogatoria.**
- 13. Examē.** testium ab auctore productorum, reus citatur, ut uideat iurare testes, & notarium proprium examini adiungat. Deinde publicanus attestatio attesta-
tionum. in cōtumaciam absens: & terminus ad exceptionem.
- 14. Publica.** in cōtumaciam absens: & terminus ad ex-
ceptionem.
- 15. Exceptio.** cipiendo contra arrestationes & replicandum denuo datur. Tandem concluditur in
- 16. Conclu-** causā. Vide part. 3. ord. tit. 16. usque ad 24.
sio. Stat. Norimb. tit. 6.l.2. & tit. 7. Stat. Friburg. tract. j. tit. 9.
- 17. Sentens.** Iudex consideratis & discussis cause me-
tia. ritis & partium iuribus, etiam habito pru-
dentum consilio, fert sententiam definiti-
uam, qua res controuersa in iudicio decidi-
tur: & altera pars condemnatur, altera ab-
solutur. Vide 3. part. ord. tit. 47. Statut. Frib.
tract. j. tit. 10.
- 18. Appellatio.** A sententia, si iniqua condemnato uide-
bitur, appellari uia uoce, uel ex interuallo
decem dierum in scriptis potest. Cui applicatio-
nioni si iudex defert: Apostolos ad supe-
- 19. Res iudi-** riorem iudicem appellanti impertit. Si im-
cata, tra illud tempus non appellatur, sententia transit

- transit in rem iudicatam: & petente parte pro qua pronunciatum est, à iudice ordinario executioni mādari sine mora debet. Vi-
deo part. 3. ord. tit. 21. 22. 23. 48. 49. Statut. Norimb. tit. 10. & 11. Stat. Friburg. tract. j. tit. 11. 12. 13. 14.
- Quod si reus peremptoriè citatus, non comparuerit: iudex in bonorum eius aut rei litigiosæ possessionē actorem mittere con-
suevit: ut aut respondere, aut rerum suarum possessione carere cogatur. Si post lité con-
testatam contumaciter reus emaneat: iudex de causa cognoscere & pronunciare po-
test. Vide part. 3. ord. tit. 41. 42. 43. 44. 45.
46. Statut. Norimb. tit. 3. Stat. Frib.
tract. j. tit. 2.

In iudicijs

Iudicis causa	Iudicis causa	Iudicis causa	Iudicis causa	1. Aditio cōpetentis iudicis; Cōtatio: Contumacia: & pignus prætorium.
				2. Actionis editio, seu libellus.
Iudicis causa	Iudicis causa	Iudicis causa	Iudicis causa	3. Inducia; seu dilatio.
				4. Exceptiones, Replacatioes, &c.
Iudicis causa	Iudicis causa	Iudicis causa	Iudicis causa	5. Satisfatio.
				6. Litis contestatio.
Iudicis causa	Iudicis causa	Iudicis causa	Iudicis causa	7. Iuramentum calumniae.
				8. Positionales
Iudicis causa	Iudicis causa	Iudicis causa	Iudicis causa	Responso.
				Defensionales.
Iudicis causa	Iudicis causa	Iudicis causa	Iudicis causa	9. Præbatio.
				Exameni.
Iudicis causa	Iudicis causa	Iudicis causa	Iudicis causa	10. Conclusio.
				Sententia.
Iudicis causa	Iudicis causa	Iudicis causa	Iudicis causa	Apostoli.
				Insuffratio.
Iudicis causa	Iudicis causa	Iudicis causa	Iudicis causa	Res indicata.
				Missio in possessionem. Pignus iudiciale.

III. Finis.

III. Finis.

Iudicia forensia instituta sunt & conseruantur non tantum ut controuersiæ & lites priuatorum (quaꝝ unâ cum hominum malitia in dies crescunt, nec modum aut finem ullum in extremo mundi delirio habituræ sunt) iuste & compendio terminentur, ne in seditiones aut bella erūpant: & diremptis litoribus ac punitis criminibus, Resp. pacata & tranquilla conserueretur, sicut in lexib⁹ Plato inquit *ωστα πόλις ἀπονει πένθοτο, επὶ διατρίπτα μὴ ναθεῖται εἰν και α τρόπον*; uerum etiam ut de Dei autoris & custodis iudiciorum ciuilium & summi iudicis, sapiētia, bonitate, iusticia & præsentia in genere humano, & iudicio Dei post hanc uitam secuturo (qui omnes homines & ipsi etiam iudices subituri sunt) cōmonefiamus. Itaq; hæc disputatio forensis, & legitima controuersiarum apud iudicem tractatio & dijudicatio, domini iudicium à rege Iosaphat.

2. Par. 19. nominatur.

FINIS.